



Rid KI

1281 a


Telys.

1. peld.

Bibl. Hung. Janlon.  
F. Ord. H.

Dupl: vité F. ord: 3.







GRAMMATICA  
LINGVÆ  
UNGARICÆ.

P. PAULO PERESZLENYI

Societate JESU.

*Juxta hanc methodum con-*  
*cepta ac elaborata. Et permissu*  
*Superiorum typis data.*



TYRNAVIÆ, Typis Academicis,  
Excudebat Matthias Srnensky, 1682.





PRÆFATIO  
*Ad Lectorem.*

**N**ulla lingvarum est, benevole Lector, quæ non suos videatur habere nodos propè Gordios: Ungarica certè tantæ molis apparet, ut hanc plerique longo potius labore superandam, quàm legibus certis concludendam esse putent. Hæc se oculis offert statim in structura Pronominum possessivorum, cum substantivis nominibus, quam Ungari miram Hebræorum brevitatem æmulantes, ex ultimis Pronominum literis, aut syllabis, substantivo affixis, formare solent. Idem



4  
**P R Æ F A T I O**  
 faciunt in verbis activæ significationis sensus determinati, uti & Hebræi in præteritis temporibus, & modis Infinitis nonnullis. Sed & in alijs quibusdam Sacræ lingvæ imitatricem Ungaricam esse adverte pag. 114. Quod argumento est hanc ab illa primarum linguarum Matre in Babylonica Idiomatum Genesi stemma duxisse. Auger hanc difficultatem Metaplalmi frequentia, qui Latinis Poëtis metri causâ subinde concessus, apud Ungaros in usum naturaliter influit, ut sparsim notabitur, & in fine Conjugationum in Appendice ex industria dicetur. Commune præterea discipulis offendiculum est in verbis activæ præsertim significationis earundem personarum duplex, aut etiam triplex usus:

ut

5  
**A D L E C T O R E M.**  
 ut *Tanítok, tanítlak, tanítom* doceo, *szeretek, szeretlek, szeretem*, amo: *tanítasz, tanítod, doces: szeresz, szereted*, amas: nec tamen promiscuè alterum pro altero arripere licet, sed ex certo sensu hoc vel illud usurpare necessè est: quam ob causam pro solis verbis activis duas conjugationes assignare oportebat. Crescit difficultas ex ratione accentuum, quibus Ungari utuntur, in signum quantitatis longæ in pronuncian- do: qui sæpe in recto non sunt & in obliquis assumuntur, ut *Alma* pomum, *almát* in Accusativo: sic *Elme* ingenium, *elmét*: aliquando in recto sunt, ut *'Er* Vena, in obliquis evanescunt, ut *eret* venam, aliquando cū affixis accedunt ut *értöl*, à vena. Sed & in scribendo varietas inter eximios Ungaricæ lin-

X 3

lin-



## P R Æ F A T I O

lingvæ scriptores gressum remora-  
bitur: nam P. Georgius Kald  
tam in Bibliorū Ungaricā versio-  
ne, quàm in suis Concionibus ter-  
tias personas præteritorum tam a-  
ctivæ, quàm passivæ vocis, ut *Ho-  
zott* tulit, *szóllott* locutus est, *meg-es-  
kűt* juravit, *oltalmaztatott* defensus est;  
item præpositiones *Előtt*, *között*, *alatt*,  
duplici T terminat, in quo non  
caret imitatoribus: Pazmannus  
verò ferè simplici T, contentus est.  
Nonnullas etiam voces in medio  
duplici literâ aut syllabâ exprimit  
ille, non verò iste, ut *töllem* à me,  
*Aszszony* Mulier &c. Nonnulli eti-  
am in quibusdam Verborum per-  
sonis aut temporibus variant: sic  
verbi *szóllok* loquor, secundam per-  
sonam singularem alij magis Un-  
garicè sic exprimunt, *szóllasz*, lo-  
que-

## AD LECTOREM.

queris: *Mikor szólnék*, cū loque-  
rer, *szóllani* loqui, alij exprimendi  
facilitatem secuti, contenti sunt  
ex duplicata litera elisâ unâ dicere,  
*szólsz*, *szólnék*, *szólni*. Aliqua etiam  
verba dupliciter dicuntur, ut *cse-  
lekedem*, & *cselekeszem*: ab utro for-  
mare debeas alia tempora, fortas-  
sè hærebis. Occurrent etiam vo-  
ces æquivocæ, ut *Nap* dies, & sol:  
*Vadász* venator, & venatur: *haló* re-  
te, & *haló* moriens, *tör* mucro, &  
verbum frangit: item verba diver-  
forum temporum, & diversarum  
significationum, ut *tölt* fundit, &  
& impletus est: sic *kiben nikem kedvem*  
*tölt*: *töltettem* fudi, & *töltettem* fundor  
sola duplicatiōe literæ t; *töltettem* fun-  
dor, & *töltettem* curo fundi, solo sen-  
su loquentis: *töltettem* fudi, & *töltet-  
tem* curavi fundi, etiam solo sensu.



PRÆFATIO

Verum hæ, & similes difficultatum nebulæ, ut incipientis se oculis obijcient, sic progredienti ad claram præceptorum lucem sensim evanescent. Tu interim amice Lector, si lingvæ Ungari-  
cæ nucleum excerpere vis,  
Nucem frangas, oportet.



GRAM-

☞(1)☞



GRAMMATICÆ  
UNGARICÆ

*Pars Prima.*

DE NOMINE.

CAPUT I.

De literis, earumque divisione,  
pronuntiatione, accentu, elisione, & ac-  
cidentibus ad declinandum  
necessarijs.

§ I.

*De literis & earum pronuntiatione.*



Uterque apud Ungaros sunt tres & vi-  
ginti, sicut apud Latinos, nimi-  
rum A a, b, c, d, e, f, g, h, i, k,  
l, m, n, o, p, q, r, s, t, u, v,

x, y, z,

A

Pronun-



Pronunciantur ut apud Latinos, si sequentes excipias.

C, in fine in antiquioribus libris invenies pro K positum, & sic etiam pronunciabis. Sic titulus Nicolaus Telegdi.

CS, pronunciabis ut Boëmicum ē cum puncto supernè, *Tandcs* Job. 12. v. 13. Similiter & CH, *Chont*. Job. 40. v. 13. CZ; quod ultimum subinde effertur ut C, Latinum in voce cœlum, ut *Czél* Meta, *Aczél* Chalybs.

S, pronunciatur ut Germanicum *Sch* vel Boëmicum *ss*. Ss, eandem pronunciationem duplicat. Sz, effertur aliquantò densius quàm S, in voce *Sol*.

TS, ut CS, superius. TZ, ut Latinum C, in voce *Cœlum*.

Z, ut Latinum. at cum puncto supernè ut Boëmicum *z* / ut *Zaf* Saccus. Gen. 43, pro quo communior usus est literæ S, quæ tunc huius *z* / pronunciationem habet.

## § 2.

De literarum divisione, & Diphthongis.

**L**iteræ dividuntur in Vocales, & Consonantes. Vocales sunt propriè quinque A, E, I, O, U. Y, minùs propriè: nam cum Consonantibus non facit syllabam ut fit in nomine *Hi e ro ny mus*. Sed postpositum Con-

Consonantibus G, L, N, T, juvat eas ad molliorem pronuntiationem, ut: *Gyngy* Unio, *Hely* Locus, *Menny* Cœlum, *Tyuk* Gallina. Cum Vocalibus verò in Diphthongis virtutē Consonantis habet, ut patebit part. 3. c. 2. § 2. In terminationibus tamen cognominum Ungaricorum subinde in usu est Y, notatū puncto.

Ex his Vocalibus Diphthongi sunt ô, û: nimirum ô cum parvulo e, supernè, pronuntiatūrque sono mixto ex e, & o: aliqui scribunt per eo; û cum superposito parvulo e, effertur sono mixto ex e, & u. his adde ij, ut *szij*

Item ay, ey, ôy, oy: ut *Haytok*, Projicio; *Eytek*, facio cadere, *Rôytem*, Abscondo, *Foytom*: quæ etiam, & quidem sæpius per j, scribuntur.

## § 3.

De duplici classe Vocalium & Diphthongorum.

**Q**uasi clavim lingvæ Ungaricæ nactus; memoriâ tene, Vocales ac Diphthongos ad duas classes spectare, ad quas respicies in declinandis nominibus, conjugandis Verbis, & apponendis affixis.

Primæ classis sunt A, O, U, Ay, seu Aj: inter se Symbolæ: nam hanc tenent familiaritatem, ut si aliqua earum in ultima syllaba vocis reperitur, sequente, aut non, consonan-



te, invitat pro affixo Vocalem ex suo ordine A, vel O, ut: *Ur*, Dominus, *Urnak*, Dominus, *Ur-hoz* ad Dominum. *Halgat*, audit, *halgattam*, audivi.

Secundæ classis sunt e, ô, ú, ey, ôy, ve ej, & ôj, similiter inter se symbolæ, ut *Isten* Deus, *Istennék* Deo, *Isten-hoz* ad Deum. *Szerettem* amavi, *Szerettem* amavi.

At I, Vocalis communis utrique classis est: Nam quædam Nomina & Verba, in ultima syllaba I, habentia, petunt affixa primæ classis, ut *Nyil* Sagitta, *Nyilnak*, *Nyil-hoz* ad sagittam. *Sír Flet*, *fírtam* flevi.

Quædam verò volunt habere affixa secundæ classis, ut *Víz*, Aqua, *Víznek*, *Víz-hoz*,

## § 4.

*De accentu, & alijs virgulis usitatis.*

**A**ccentum Ungari proprium habent tantum unum, nimirum acutum, & ponitur supra vocales in signum quantitatis longæ. Quæ autem syllabæ acuantur, discas partim ex accentu affixorum, partim ex instructione de hoc speciali suo loco ponenda, partim usu: nam subinde sedem mutant, subinde evanescunt, quandoque accedunt novi: invenies etiam tres in una voce. Quando supra é ponitur, significat é pronuntiandum esse tono

tono in I, declinante. Est etiam usus in manuscriptis duarum virgularum supra o, & u, quæ supplent vices superponendi e paryuli in Diphthongis.

Utuntur etiam Ungari Apostropho in compositis quibusdam nominibus, quorum prior vox in Vocalem definit, & altera à Vocali incipit, ut *Tudn' illik* apud Kaldi Gen. 2. v. 25. *Afszony'-állat* Gen. 34. v. 1. pro *Afszonymi állat*, *hal'-adás* passim apud Pazm.

Item virgulâ transversâ, conjungente in compositis vocibus priorem cum sequente: utriusque exemplum habes in Kaldi Gen. 34. v. 1. *hogy látná annak a tartománnak Afszony'-állatit.*

## § 5.

*De quibusdam Nominum accidentibus ad declinandum necessarijs.*

**N**umeri sunt duo, Singularis & Pluralis; Casus sunt sex: *Nominativus*, *Genitivus*, *Dativus*, *Accusativus*, *Vocativus*, & *Ablativus*, nec est ratio adstruendi plures.

Declinatio omnium Nominum, imò & Pronominum, ac Participiorum est unica. Nam non est differentia unius Nominis declinati ab alio, cum omnium eædem sint terminationes, & differentia quæ apparet ratione Vocalium



in terminationibus, oritur ex Vocalium certâ familiaritate, de qua dictum est s. 3. propter quam ipse duas classes dividitur declinatio. accedit etiam hæc diversitas ex quadam consonantium symphathia, & antipathia, quod si vox terminetur in consonantem, sequentem consonantem assumptam jam patitur sine intercedente vocali, ut *Ember*, in Accusativo *embert*: jam non patitur. ut *Had* bellum, *hadat* non *badt*.

Generum nec est differentia ratione articuli, nec ratione terminationis.

Sunt tamen quædam nomina hominum ac animalium irrationalium, quæ ex sui institutione sexum à sexu distinguunt.

Ut sunt propria virorum, *János* Joannes, *Pál* Paulus.

Naturæ, ut *Atya* Pater, *Bátya* Frater; *Fi* vel *Fiu* Filius. *Ferfiu* Vir, *Vö* Gener.

Officiorum virilium, ut *Király* Rex, *Hadnagy* Dux, *Bíró* Judex.

Brutorum Mares tantum significantia, ut *Hím* Masculus; *Kakas* Gallus; *Kan*, Verres; *Kos*, Aries; *Bak*, Hircus; *Bika*, Taurus.

Fœminini sexus similiter sunt propria mulierum, ut *Anna*, *Ilona*, *Helena*.

Naturæ, ut *Anyá*, Mater; *Nénéd*, Soror tua major natu; *Húgod*, Soror tua minor natu.

Offici-

Officiorum, ut *Daiqa* Nutrix; *Bába* Obstetrix.

Item nomina sexui tantum muliebri convenientia, ut *Léány*, *leányó* Puella; *Feleség* Uxor; *angy* Glos; *Meny*, Nurus; *Nő*, Nupta; & ejus composita: *Gonosznő*, Malefica; *Agnő*, Vetula; Item *Aszszony*, Mulier.

Brutorum, ut *Nőstény*, Femella; *Tehén* Vacca; *Kancza*, Caballa; *Jérece*, Gallina; *Jérke*, Agna; *Eme*, Porca; *Magló*, Equa; *Magdisznó*, Porca.

Quædam utrique sexui conveniunt, ut *Atyafi*, Frater, vel Soror, Consanguineus, Consanguinea; *Ember*, Homo; *Gyermek*, Puer; vel Puella.

Item Officiorum, quæ utrique sexui conveniunt, ut *Prophéta*, *Fejedelem*, *Gazda*, *Szakács*: his tamen pro sexu fœmineo melius additur nomen *Aszszony*: ut *Propheta-Aszszony*, *Fejedelem-Aszszony*, *Gazd-Aszszony*, *Szakács-Aszszony*.





PARS I.  
CAPUT II.

De puris Nominum & Participiorum Declinationibus, seu sine possessivis affixis; & primò occasionàliter de Articulo.

§. I.

*De terminationibus Declinationum, quæ formant Casus, & Numeros.*

**N**Ota omnem Declinationem fieri additis Nominativo (cui Vocativus est similis) quibusdam literis, aut syllabis, & omnino eadem terminationes serviunt pro Numero plurali, quæ pro Singulari, suntque sequentes.

PRIMÆ CLASSIS.		SECUNDÆ CLASSIS.	
Genitivus	é	é	
		Vel jé.	
Dativus	nak	nek	
Accusativus	t	t	
Ablativus	tól	tól	
Vel	túl.	Vel tül.	

Nomi-

Nominativus & Vocativus nihil habent difficultatis, nam similes sunt, & ex Vocabularijs discendi.

Genitivus semper habet terminationem é, quamvis pro nominibus in Vocalem exeuntibus quidam delicatiores assumant j ante é, ut *Alma Pomum, Almájé.*

Dativus Nominum primæ classis, seu eorum, quæ habent in finali syllaba Vocalem A, vel O, vel U, aut Diphthongum Ay, sive Aj, assumit terminationem nak, juxta dicta Capit. 1. §. 3. ut *Alma Pomum, Almának, Csomó Nodus Csomónak; Hattyú Cygnus, Hattyúnak; Adám Adamus, Adámnak, Fodor, Crispus, Fodornak, Ur Dominus, Urnak; Hay Capillus Haynak vel Hajnak.*

Nominum secundæ classis, seu quæ habent in ultima syllaba E, aut Diphthongos é, éy, vel ej, habent terminationem nek, ut *Elme Ingenium, Elmcnek, Sepró Scopæ, Fex, sepronek; Gyepű Septum, Gyepűnek, éy, vel éj Nox, éynek; Szeretet Amor Szeretetnek, Tükör Speculum, Tükörnek; Ezüst Argentum, Ezüstnek.*

At in polysyllabis attendes etiam ad Vocalem penultimæ syllabæ, quæ si primæ classis sit, non obstant E, syllabæ ultimæ habebit nak, sic *Ajánék, Donum; Szomszéd, Vicinus, & similia.* Hæc imitantur peregrina,

A s

Pera-



Periander, nek: Simonides, nek. Quædam utroque modo invenies, ut *Hufóe*, Pascha; *Aczél*, Chalybs, *Czél*, Meta. Et peregrina Josue, &c. Noë apud Kaldi Gen. 7. v. 9. Noënak. Bersabeë, Bersabeënak. Gen. 21. v. 31. At Ismaël, Raphaël, & similia composita habent nek non habitâ ratione prioris partis compositi. Quod etiam in Ungaricis compositis servatur, ut *árvíz* Diluvium, *árvíznek*. Sic *Balkéz*, Sinistra, *Balkéznek*, *Karszék*, Sella, *Karszéknek*.

Quæ habent *I*, in ultima syllaba, quædam spectant ad Primam classem, quarum Vocales *I*, præcedentes ferè sunt primæ Claf. ut *Kérubin*, Cherubinus: talia sunt Patria, ut *Budai*; huc tamen spectat etiam *Férfi*, Vir. & monosyllaba *Gik*, Lampreta; *Csin*, Ornatus: *Gyik*, Vipera: *Hai* Capillus, & *Háj* Adeps: *Hid*, Pons: *Ij*, Arcus, *Kiu*, Poena; *Lik*, Foramen, *Nyil*, Sagitta, *Sip*, Fistula: *Sír*, Sepulchrum, *Szái*, Os; *Tik*, Gallina, *Žir*, Pingvedo.

Quædam ad secundam, ea habent Vocales ante *I*, secundi ordinis, ut nomina Patria, *Bési*, Viennensis &c. aut aliud *I*, ut *Bilincs*, Manica, *Kilincs*, Pessulus; *Žilik*, Canalis: hæc sequuntur Monosyllaba: *Cív*, Siphon, *Hím*, Acupictura, vel Masculus: *Hír*, Fama; *Hív*, Fidelis, *Hít*, Fides: *Ing*, Indusium, *Iry*, Gingiva; *Ir*, Unguentum; *Iz*, Sapor: *Kincs*, The-

Thesaurus; *Miv*, Opus: *Pint*, Pinta: *Pinty*, Fringilla: *Szín*, Color; *Szív*, Cor: *Tíz*, Decem: *Víz*, Aqua. ut *Bécsinek*, &c.

Nota adhuc pro ijs Nominibus, quæ in *r*, terminantur præcedente Consonante, quavis simpliciter deberent assumere terminationem *nak*, vel *nek*, ut *Tartomány*, *Tartománynak*, *Aszfony* *Aszfonymnak*, *Menny* *Mennynek*, Gen. 24. & 7. *Verőfeny*, *Verőfenynek* *Pazman*. pag. 599. Nonnunquam tamen *r*, libere excluditur ob commodiorem pronuntiationem, sic habes *Helnek* Genes. 26. v. 7. *Tartományban* Gen. 35. v. 22. *Aszfonnak*, Gen. 38. v. 20. *Helnek* pro *Helynek*. Genes. 26. v. 7. Contingere id potest etiam in alijs Casibus ut *Fővent*, Arenam, Genes. 22. v. 17.

## § 2.

Paradigmata articulorum, qui in declinandis Nominibus preponuntur.

PRIMÆ CLAS. SECUNDÆ  
SIS. CLASSIS.

N. Az	Ille.	Ez	Iste.
G. Azé	Illius.	Ezè	Istius.
D. Annak	Illi.	Ennek	Isti.
A. Azi	Illum.	Ezt	Istum.
Ab. Attól	ab Illo.	Etől	ab Iſto.

Nomen



*Numerus Pluralis.*

N.	Azok,	<i>illi.</i>	Ezek.
G.	<del>Azoké,</del>	<i>illorum.</i>	Ezeké.
D.	Azoknak,	<i>illis.</i>	Ezeknek.
A.	Azokat	<i>illos.</i>	Ezeket.
Ab.	Azokról,	<i>ab illis.</i>	Ezekről.

Vocativus utriusque Numeri articulo caret, sed assumit Adverbium *ô*.

In Dativo Singulari mutant articuli sum *Z*, in *N*, & in Ablativo in *T*.

Formato Numero plurali ex Accusativo Singulari, de quo infra § 5. & 6. eadem terminationes habet Pluralis numerus, quas singularis.

## § 3.

*Paradigmata Nominum in meras Vocales exeuntium.*

Numero Singulari.

PRIMÆ CLAS. SECUNDÆ  
SIS. CLASSIS.

N.	Ez az Alma.	Ez az Elme.
	<i>Pomum.</i>	<i>Ingenium.</i>
G.	Ezé az Almáé.	Ezé az Elméé.
	<i>vel Almájé.</i>	<i>vel Elméjé.</i>
D.	Ennek az Almának.	Ennek az Elmének.
A.	Ezt az Almát.	Ezt az Elmét.

V. ô

V.	ô Alma.	ô Elme.
Ab.	Ettől az Almától.	Ettől az Elmétől.

*Numerus Pluralis.*

N.	Ezek az Almák.	Ezek az Elmék.
G.	Ezeké az Almáké.	Ezeké az Elméké.
D.	Ezeknek az Almáknak	Ezeknek az Elméknek.
A.	Ezeket az Almákat.	Ezeket az Elméket.
V.	ô Almák.	ô Elmék.
Ab.	Ezektől az Almáktól.	Ezektől az Elméktől.

Pluralis Numerus formatur ab Accusativo Singulari, mutato *T*, in *K*. Adverte ex dictis § 1. horum Genitivum posse ante terminationem *é*, assumere *j*. ut *Almájé*, *Elméjé*. Et pro Ablativo nota, quod pro Prima classe possis uti terminatione *tól*, vel *túl*; sæpius tamen *P*. Kaldi utitur priore, sed Pazmannus non raro utitur & posteriore. pro Secunda vero classe *tól*, vel *túl*, at & hic *P*. Kaldi familiarius utitur affixo *tól*; ut *Gyermekeitől fogva mind a végig*. Gen. 19. 4.

Cur in his exemplis in Accusativis pluralibus ante *T*, assumptæ sint Vocales *A*, in *Almákat*, & *E*, in *Elméket* dabitur ratio § 5.

Omnia Nomina regularia, in Vocales desinetia, etiam Participia juxta hæc paradigma ta declinantur, observatâ duplici Vocalium classe, de qua superius Cap. 1. § 3. & Cap. 2. § 1.

Excl-



Excipe primò Nomina illa, quorum ultima Vocalis transiit in Consonantem, ea enim in Accusativo Singulari assumunt Vocalem ante T, ut *ej* Nox, *ejet* Noctem. *Kéz-ij* Arcus, *Kéz-iját*. Gen. 27. 3. *Szűj* Corium, *Szűját*, *őlyv* Accipiter, *őlyvet*. *Háj* Pingvedo *háját*. *Háj* Capillus, *háját*. *Háj* Cortex, *háját*. *Nyelv* Lingua, *nyelvet*. *Szív*, Cor *szívet*.

Excipe secundò quædam monosyllaba Anomala in Accusativo, ut *Hó* Nix, *Havat*, *Ló*, Equus, *Lovat*. *Fő* Caput, *fejét*. *Fű* Herba, *fűvet*, *Tő* Radix, *Tővet*.

Quædam duplicem habent Accusativum, & consequenter etiam Numerum pluralem, ut ex Monosyllabis, *tő* radix *tőt*: *Látok* vana *előttem* egy *szőlő-tőt*. Gen. 40. 7. *10.* vel *tővet*, in Plurali *Tők*, vel *tővek*. *Fő* caput, *főt*, vel *fejet*, in Plurali *fők*, vel *fejek*. *Tó*, lacus. *tőt*, vel *tavakat*. in Plurali *tők* vel *tavak*.

Ex Polysyllabis, *Daru* Grus, *darut*, vel *darvat*, in Plural. *daruk*, vel *darvak*: *gyapjú*, lana, *gyapjút*, vel *gyapját*, in Plur. *gyapjúk*, vel *gyapjak*. *Hosszú* longus, *hosszút*, vel *hosszat*, in Plur. *Hosszúk* vel *hosszak*. *Szaru* cornu, *szarut*, & *szaru*, *szarvat*, in Plur. *Szaruk*, vel *szarvak*. *Hamu* cinis, *hamut*, vel *hamvat*, Gen. 19. 7. 28. In Plur. *Hamuk*, vel *hamvak*.

*Fi*, filius in Accusát. *fiat*, *fin* idem, in Accusát. *fint*. Sic *Atyafin* *atyafint*, sed usitatus pro utroque

utroque *Atyafiat*, in Plurali tantum *Atyafiak*. Quædam & Genitivum Singulare habent duplicem, ut *Daru*, Grus, *darút*, vel *darvé*. *Gyapjú* lana, *gyapjút*, vel *gyapjé*: *Szaru* cornu *szarút*, *szaru*, *szarvé*; *Hamu*, *hamút*, vel *hamvé*. *Hosszú* *hosszút*, vel *hosszujé*: *tő*, *tói*, vel *tője*; *fő* *főt*, vel *fője* etiam in regula continentur.

## § 4.

Paradigmata Nominum desinentium in Consonantem.

Numerus Singularis.

PRIMÆ CLAS. SECUNDÆ  
SIS. CLASSIS.

N. Ez á Szarvas	<i>Cervus</i> .	Ez az Ember	<i>Homo</i> .
G. ezé á Szarvasé.		ezé az Embéré.	
D. ennek á Szarvasnak.		ennek az Embereknek.	
A. ezt á Szarvast.		ezt az Embert.	
V. ő Szarvas.		ő Ember.	
Ab. ettől á Szarvastól.		ettől az Embertől.	

Numerus Pluralis.

N. Ezek á Szarvasok.	Ezek az Emberek.
G. ezeké á Szarvasoké.	ezeké az Embereké.
D. ezeknek á Szarvasoknak.	ezeknek az Embereknek.
A. ezeket á Szarvasokat.	ezeket az Embereket.
	V. ő Szar-



V. ô Szarvasok. ô Emberek.

Ab.ezeztől á Szarvasok. ezektől az Emberek.

tól.

tól.

In his etiam Numerus pluralis formatur ab Accusativo Singulari, mutato *T*, in *K*; sed quia *K*, immediatè præcedentem Consonantem non patitur in fine, idèo interjicienda erat Vocalis, ut patebit infrà §. 7.

Nota etiam, quòd quando articulus cum Nomine declinatur, uterque articulus Nominis præponitur, sed altero immobili, unus tantum variatur, nimirum *Ex*.

Aliquando loco articuli præponitur Nominis particula *egy*, unus, ut *egy Ember*, unus homo, aliquando aliud adjectivum, ut *igaz ember*, justus homo, aliquando hæ omnes tres voces, ut *Ex az egy igaz Ember*.

### § 5.

*De Accusativo singulari Nominum in Consonantem exeuntium.*

**A**ccusativus Nominum, & Participiorum in Vocalem exeuntium, contentus est regulariter affixo *T*, ut apparet in Paradigmatis § 3.

At Nomina, quæ in Consonantem terminantur sunt subdistingvenda juxta Consonantes literas finales, quarum aliæ patiuntur affi-

affixum *T*, sine intermedia Vocali, alia non.

Desinentia Nomina in *l*, *n*, *r*, *s*, *ly*, *ny*, *sz*, *z*. aliqua admittunt *t*, sine intermedia Vocali. ut *Angyal* Angelus, *Angyalt*, *Szél* Margó *Szélt*, *Aczél*, *Czél*, *Isten* Deus, *Istent*, *Szén* Atrium *szént*, *Pitvar*, *pitvart*, *Sinór*, *Zona*, *Si*, *nórt*, *Ember* homo, *embert*, *Vér* sanguis, *vért*, *Kakas*, gallus, *kakast*, *Sas* Aquila, *jaszt*, *Moly* tinea, *molyt*, *Patkány* Sorex, *feny* Splendor, *feny* Tavasz *Ver*, *tavaszt*, *Viasz* Cera, *viaszt*, *Pénz* Pecunia, *pénzt*, *Szárazt* Aridam. Gen. 1. v. 10.

Aliqua requirunt intermediam Vocalem *A*, vel *O*, Primæ classis; *e*, vel *o* Secundæ classis. ut *Hai-szál* Capillus, *hai szálat*, *Nyál* nyálat, *Szél* Ventus, *szelet*, Luc. 8. v. 24. *Szén* Carbo, *szenet*, *Vár* Arx, *várat*, *Sár* sárt, vel *sarat*. *Nyár* Æstas, *nyárt*, vel *nyarat* Psal. 73. v. 17. *Ur* Dominus, *Úrat*, *Vas* Ferrum, *vasat*. & quidem derivata in *Es*, æquè possunt assumere Vocalem *e*, ac non, sed cum assument, debent *S* duplicare, ut *Kedves* Gratus, *kedveset*, *Szárny* Ala, *szárnyat*, *Menny* Cælum, *mennyet*, *Meny* Nurus, *menyet*, *Hely* Locus, *helyet* Exod. 25. v. 8. & *helyt* Exod. 5. v. 9. *Viasz*, *viaszkat* & *viaszt*, *Igaz* Justus, *igazat*. Job. 8. v. 3. *Száz* Virgo, *százet* Gen. 34. v. 2. *Méz* Mel, *mézet*, *Víz* Aqua, *vízet*, *Tűz* Ignis, *tűzet*.

Nomina verò desinentia in *b*, *d*, *g*, *h*, *k*, *m*, *p*, *t*, *gy*, *ty*, *v*, *aj*, *ej*, (accipe *baj*, *faj*, *raj*, *olaj*, *bajt*)



bajt &c.) assumunt literas A, vel O, pro Prima classe; E, vel ō, pro Secunda: ut *Bab Faba, babot, Dob Tympanum, dobot; Had Bellum, hadat: Harag Ira, haragot; Sereg Exercitus, seregget: Mēh Apis, mēhet: Jub Ovis, jubot, Szederj szederjet Morum: Eperj Fragum, eperjet: Žák vel ut alij scribunt Sác, Žákot, Saccus. Szék Sedes, széket. Vám Telonium, vámot; Szem Oculi, szemet. Pap Sacerdos, papot: Sip Fistula, sipot, Kép Imago, képet. Sait Caleus, saiot: Agy Lectus, ágyat: Ponty Carpio, pontyot. Szív cor szívet, vaj butyrum, vaj, tej lac, tejet.*

Ille verò, quæ in duplicem Consonantem terminantur, volunt habere interpositam Vocale, ut *Fark Cauda, farkot; fark Calx pedis, farkot: Strucz Scruthius, struczot. Kért Buccina, kértöt, Job. 39. v. 25. Ezüst Argentum, ezüstöt. Job. 27. v. 17. At quæ in Sz, desinunt, non omnia interpositione Vocalis indigent; quæ tamen Vocale assumunt, plerumque sz, duplicant ut *Rész rozszat.**

Cum autem Nomina Primæ classis, communiter O, habeant interpositum, adnoto nonnulla, quæ A, exigunt: ut *Vad Fera, vadat, Fog Dens, fogat: Hái Capillus, haját; Hái Adeps, hájat: Nyák Collum, nyákat: Tál Scutella, tálat: Nyál Saliva, nyálat; Hal Piscis, halat, Szál Scapus, szálat; Nyál Lepus, nyálat: Ut Dominus, urat: Vár Arx, várat; Ut Via, út; Kút*

*Kút Fons, kút; Nyár Aëtas, nyarat, Psal. 73. v. 17. Láb Pes, lábat, vel lábot: Nyárs Veru, nyarsat, vel nyársot. Ház Domus, házat.*

Omnium item Adjectivorum Vocales Primæ classis habentium Comparativi & Superlativi Gradus: ut *Hatalmas Potens, hatalmasabbat, & communius etiam substantiva affixum possessivum cum Vocali O, habentia: ut az én Városom, mea Civitas, városomat.*

Ex his advertere potes quædam Nomina habere duplicem Accusativum. ut *Piros, piros, vel pirossat, Fal, falt, vel falat: Sic Kenyér Panis, kenyért, vel kenyeret: Fővénny Arena, fővenyt, vel fővénnyet. Tébén Vacca, tébent, vel tébenet, Sár lutum, sárt, Joan. 9. v. 6. velsarat.*

## § 6.

## De Accusativo Nominum Metathesim amantium.

Quædam Nomina non accipiunt aforis Vocale ante affixum T, sed suam transponunt: talia sunt plurima polysyllaba, quæ habent Consonantem unam (aus hæc duas Sz) in penultima syllaba inter duas Vocales, ut *Dolog Res, dologt rem: non tamen omnia, nam quod Balog Sinister, Gyalog Pedes, Sereg Exercitus, öröm Gaudium, öreg Cavus, Bátok Lamina, non utantur hoc privilegio certum est, habent enim balogot, gyalogot, &c.*



de *Boldog* Beatus, *boldogot* ratio est, quia *ld* sunt duæ Consonantes inter Vocales duas, interim habet nonnulla exempla, plura usus suppediabit.

Primæ classis: *Akol* Caula, *átok* Maledictio, *árok* Fossa, *Bagoly* Bubo, *Bokor* Dumus, *Barom* Pecus, *Dolog* Res, *Fogoly* Captivus, *Halom* Collis, *Hatalom* Potentia, *Hafzon* Utilitas, *Horog* Hamus, *Jászol* Præsepe, *Jutalom* Prociuium, *Korom* Fuligo, *Lator* Latro: *Majom* Simius, *Malom* Mola, *Marok* Vola, *Szitok* Increpatio: *Szurok* Pix, *Suiyom* Nux aquatica: *Satyor* Scyripella, *Tulok* juveneus, *Torok* Guttur, *Torony* Turre: *Vászon* Tela. Sed polysyl: mutant *o*, in *a*, ut *katalmat*, quibus adde *bárom*, *bármat*.

Secundæ classis: *Berek* Dumus, *Csöbör* vas quoddam, *Felelem* Timor; *Fejedelem* Princeps, *Feszek* Nidus, *Fereg* Vermis: *Gödör* Caverna, *Köböl* Cubulus, *Köröm* Ungvis, *Kegyelem* Gratia, *Kéreg* Cortex: *Lélek* Spiritus, *Méreg* Venenum, *Nyereg* Ehippium: *ököl* Pugnus, *ökör* Bos, *Retek* Raphanus, *Segedelem* Auxilium: *Serelem* Offensa: *Selyem* Sericum, *Szeder* Morum, *Szezelem* Amor, *Tereb* Onus, *Tegez* Phætrea *Tegzet*, *Torony* Turre, Genes. 23. *Verem* Fossa, *iszöm* Ablynthiū *Vetek* Peccatum, *Vödör* Hydria.

Hæc inquam in Accusativo Singulari ante affixum *T*, non assumunt aliunde Vocale *O*, sed per Metathesin transponunt, ut *Báglyot*, *Bokrot* &c.

s. 7. De Nu

## § 7.

## De Numero Plurali.

Formato semel Nominativo Plurali, manet is per omnes Casus, assumptis affixis, de quibus dictum est s. 1.

Formatur autem is ab Accusativo Singulari mutato *T*, in *K*, ut *Almát* Pomum, *almák* Poma, *elmét* mentem, memoriam, ingenium, *elmék* mentes &c. Nec aliud requiritur in ijs, quæ in Vocalem terminantur in Nominativo Singulari: nec in ijs, quæ in Consonantem terminantur, si jam in Accusativo Singulari assumerant aliquam Vocalem ante *T*, ut dictum est s. 5. ut *Hadat* Bellum, *hadak*; *halmot* Collem, *halmok*. At illa, quæ in Accusativo Singulari non assumerant Vocalem ante *T*, affixum, in Plurali assumunt ante *K*, *A*, vel *O*, Primæ classis; *E*, vel *ö*, Secundæ classis, ut *Szarvast* Cervum, *szarvasok* cervi. *Embert* hominem, *emberek* homines: *Fegyvert* Arma, *fegyverek* arma. *Bűnöst* peccatorem, *bűnösök* Gen. 13. *¶* 13. peccatores &c.

*Bíró* in Plurali habet *birák*, Job. 12. 17. *Judex*. Quædam in *U*, assumunt ante *K*, Vocalem, ut *Szomorúak* Tristes, Genes. 40. *¶* 6. *Műnimeket*, quales. Genes. 27. *¶* 9. Talia sunt composita in *U*, ut *Hószász lábú*, Longipes,

B 3

pes,



pes, *boszszú lábának*, in *is*, ut *Fél-szemis*, *Monoculus*, *fél-szeműek*, & *Patria* in *I*, ut *Budai*, *Budenfis*; *Budajak*, *Bécsi* *Viennensis*. *Bécsiek*.

○ *Ompia* ergo *Nomina* in *Consonantem* *desinentia* ante *finale K*, *intermediam Vocale* *habent*; nam *K*, cum *præcedente Consonante* *voces Ungaricas non terminat*.

Ob *similem causam* *etiam in omni Accusativo plurali* ante *finale T*, *interponitur Vocalis*: nam nec *K*, cum *T*, *terminat Voces Ungaricas*: hinc *Almák*, *almákat*; *Elnék*, *elméket*, *Urak* *urakat* *habent in Accusativis pluralibus*, & sic alia omnia. *Idem Annofus*, *idősek*. *Job*, 23. *Ű. 9. Vékony* *Tenuis*, *vékonyok*. *Gen*, 41. *Ű. 23*.

## § 8.

*Paradigmata Nominum eorum, quæ in singulari Accusativo ante affixum T, Vocale* *aut aliunde assumunt, aut per Metathesim transponunt.*

*Numerus Singularis.*

PRIMÆ CLAS- SECUNDÆ  
SIS. CLASSIS.

N. Ez az *Űr*, *hic Dominus*. Ez az *Isten*, *Deus*.  
G. Ezé az *Űré*. Ezé az *Istené*.  
D. Ennek az *Űrak*. Ennek az *Istennek*.  
A. Ezt az *Űrat*. Ezt az *Istent*.

V. Ő *Űr*.

V. Ő *Űr*. Ő *Isten*.  
Ab. Ettől az *Űrtől*. Ettől az *Istentől*.

*Numero Plurali.*

N. Ezek az *Űrak*. Ezek az *Istenek*.  
G. Ezeké az *Űraké*. Ezeké az *Isteneké*.  
D. Ezeknek az *Űraknak*. Ezeknek az *Istenekeknek*.  
A. Ezeket az *Űrakat*. Ezeket az *Istenekeket*.  
V. Ő *Űrak*. Ő *Istenek*.  
Ab. Ezekből az *Űrakból*. Ezekből az *Istenekből*.

## § 9.

PARADIGMATA NOMI-  
num Metathesim amantium.

*Numerus Singularis.*

PRIMÆ CLAS- SECUNDÆ  
SIS. CLASSIS.

N. Ez az *Halom*, *hic Collis*. Ez á *Berek*, *hic Dumus*.  
G. Ezé az *Halomé*. Eze á *Bereké*.  
D. Ennek az *Halomnak*. Ennek á *Bereknek*.  
A. Ezt az *Halmot*. Ezt á *Berket*.  
V. Ő *Halom*. Ő *Berek*.  
Ab. Ettől az *Halomtól*. Ettől á *Berekből*.

*Numerus Pluralis.*

N. Ezek az *Halmok*. Ezek á *Berek*.  
G. Ezeké az *Halmoké*. Ezeké á *Bereké*.  
D. Ezeknek az *Halmoknak*. Ezeknek á *Bereknek*.

B 4

D. Ezek.




D. Ezeknek az Halmok. Ezeknek á Berkeknek.  
*nak.*

A. Ezeket az Halmokat. Ezeket á Berkeket.

V. ó Halmok. ó Berkek.

Ab. Ezekről az Halmok. Ezekről á Berkekről.  
*ről.*



### CAPUT III.

De varijs Nominum Substantivorum & Adjectivorum speciebus, proprijs qui jam prima Principia lingvæ Ungaricæ perceperunt.

#### § I.

*De Nominum divisione.*

**N**omina alia sunt propria Angelorum ut *Mihály* Michael, Virorum, ut *Pál* Paulus.

Fœminarum, ut *Anna*.

Urbium, ut *Róma*, Roma.

Alia Appellativa, ut *Király* Rex.

Item alia Substantiva, ut *Herczeg* Dux, *Katona* Miles.

Alia Adjectiva, ut *Szent* Sanctus.

Item

Item Substantiva quædam sunt Collectiva, quæ in Numero singulari significant multitudinem, ut *Nép* Populus, *Nemzet* Gens, *Sereg* Exercitus, *Turba*; *Csorda* Grex.

#### § 2.

*De communi Nominum Substantivorum & Adjectivorum divisione in Primitiva & Derivativa.*

Nomina alia sunt Primitiva, ut *Ember* Homo, *Szép* Pulcher.

Alia Derivativa, ut *Emberséges* Humanus, *Szépséges* Pulcher.

Derivativa alia derivantur à Nominibus ut *Igasság* Justitia, ab *Igaz* Justus; *Vadász* Venator, à *Vad* Fera.

Alia à Verbis, ut *Félenk* Timidus, à *Fél*, timet.

Alia à Participijs, vel sunt ipsa Participia in Nomina translata, ut *Kiró* Petens, *Hallgató* Auditor.

Derivata à Nominibus, alia sunt Substantiva, ut *Igasság*, ab *Igaz* Justus; *Emberség*, ab *Ember* Homo. *Vadász* Venator, à *Vad*; *Hallász* Piscator, ab *Hal*, Piscis: *Madarász* Auceps, à *Madár* Avis, *Kertész* Hortulanus, à *Kert* Hortus. *Kulczár* Claviger, à *Kölcs* Clavis.

B §

Alia



*Alia adjectiva, & desinunt*PRIMÆ CLASSIS in *ó, u, ás, os, lan.*SECUNDÆ CLASSIS in *ð, ñ, es, és, len.*

COMMUNIA in *I*, nam quæ in penultima syllaba habent *a, o, u, aj*, sunt Primæ classis, ut *Királyi*, Regius; *Zólnai*, Zolnensis; *Uri dominicus*. Quæ verò in penultima habent *e, ð, ñ, ej, di*, sunt Secundæ classis, ut *Bécsi, &c. Gdncki*. Exempla in *ó, & ú* Nagy *batalmó*, vel Nagy *batalmá*: Nam adjectiva à substantivis orta, & Possessionem significantia indifferenter per *ó* vel *ú* efferuntur; sic Nagy-*orru* Nafó, ab Or, Nafus.

Similiter & Secundæ classis, si similiter à nominibus orta possessionem significant, in *ð*, vel *ñ* terminari possunt, *Sok-pénzð*, vel *Sok-pénzñ*; Pecuniosus, *jó-erkölcsð*, vel *jó-erkölcsñ* (non autem orta à Participijs; unde *jól-tanuló*, *jókeresð* tantum dicitur) sic potestatem significant *sók-marháju*, Peculiosus; *szép értelmű*, Pulchri intellectus; *Két feleségű* Bigamus, *nehéz szagú* Graveolens, & similia.

In *ás, & es*, ut *katonás* militaris à *katoná*; *ruhás* à *ruha*, vestitus; *marhás* à *marha*; *vizes* à *víz*, aquosus; *részeges*, à *részeg*, ebriosus; quæ ferè habitum significant.

In *os, & ds*, ut *boros*, vinosus; *haragos* iracundus; *sábrós* pilosus, *erkölcsös*, mores aliquos habens.

habens, hæc etiam significant habitum: in his contingit subinde Metathesis, ut *almos*, ex *álom* somnolentus.

In *lan, & len* significant privationem, ut *háztalan*, ab *házon* utilitas, inutilis, *embertelen*, ab *ember* homo, inhumanus.

In *I*, sunt variz significantionis. Nam alia significant materiam, ut *Földi*, terreus:

Alia tempus, ut *mái* hodiernus, *regnapi* hesternus. *Reggeli* matutinus.

Alia locum, ut *mazei* campestris; *réti* pratensis, *erdei* sylvestris.

Alia Patriam, ut *Szombati* Tyrnaviensis, *Bécsi* Viennensis.

Quædam Possessionem, ut *Atyai* Paternus, *fiai* filialis; *Királyi*, Regius.

Alia significant Gentem, ut *Nemeti* Germanicus; *Magyari*, Ungaricus; sed pro his melius uteris circumlocutione, dicendo: *Nemet nemből való*, id est, ex gente Germanica: *Magyar nemből való*, ex gente Ungarica. Vel *Nemet ország-béli*. *Magyar ország-béli*.

Derivata à Verbis sunt Substantiva Primæ classis in *as, at, mány, lom*. Secundæ classis, in *és, et, mény, lem*.

In *as*, ut *látás* visio, à *lát*, videt.

In *és*, ut *kérés* petitio, à *kér*, petit.

In *at*, ut *látat* conspectus, à *lát*, videt; *akarat* voluntas, ab *akar*, vult.

In *et*,



In *Et*, ut *szeretet*, Amor; à *szeret*, amat.  
In *Mány*, ut *találmány*, inventio, à *talál*, invenit. *Tudomány* scientia, à *túd*, scit.

In *Mény*, *Keresmény*, quæstura; à *keres*, quærit. *Kéremény* petitio, à *kér*, petit.

In *Lom*, *ártalom*, nocumentum; ab *árt*, nocet.

In *lem*, *értelem*, intellectus; ab *ért* intelligit; *félelem*, timor, à *fél*, timet.

## § 3.

## DERIVATA A PARTICIPIJS, &amp; PRÆTERITIS VERBORUM.

**P**rimæ Classis, in *O*, *T*, *ott*, *a*, *andó*.

Secundæ Classis, in *ó*, *t*, *ett*, *ött*, *e*, *endó*.

Quæ desinunt in *ó*, ut *ó*, voce conveniunt, cum Participijs præsentis temporis, ideo etiam significanc illud, ut *látó* videns, *hívó* vocans, *való* existens, à Verbo Sum, cujus Participium non est in usu.

*Kérd* petens; & ab Anomalis *tévd* ponens, faciens; *vívó* ferens, *hívó* credens, ab *híszek*, credo. *évd* comedens, ab *eszem*, comedo: *menó* iens, à *megyek*, eo: *jóvd* veniens, à *jövök* venio, *lívó* jaculans, seu jaculator, à *lövök* jaculor; *szóvd* fervens, à *fő* servet, *szóvd* texens, aut *textor* à *szóvök* texo.

Desi-

Desinentia in *t*, *ott*, *ett*, *ött*, sunt ipsa præterita, & eleganter agunt vices Adjectivorum, quæ habes in his & similibus Exemplis: ut *faból csinált ház*, lignea domus. *járt költ ember*, expertus homo; *vert pénz*, cusa pecunia; *kért kegyelem*, petita gratia; *ígért föld*, promissa terra: *dicsőített test*, glorificatum corpus: *látott álom*, visum somnium; *meg-penyiszedett kenyér*, mucidus panis: *el-vetett ruha*, abjecta vestis: *szokott dolog*, solita res, *szótt köntös*, texta vestis.

Quæ desinunt in *a*, vel *é*, etiam sunt reipsa tertiæ personæ præteriti temporis secundæ conjug. Ut *egér rágtá* fait, à *mure rosus caseus*: *szél kergette* polyva, à *vento direptæ paleæ*; *hi-deg vette* legyecske, frigore ulla musca.

Quæ desinunt in *andó*, vel *endó* significant tempus futurum jam activè, jam passivè. ut *látandó* vagyok visurus, vel viderendus sum. *kérendő* petiturus, vel petendus sum.

## APPENDIX.

## De Nominibus derivatis diminutivis.

**N**on est omittenda gratiosa apud Ungaros diminutivorum observatio; communis tam substantivis, quam adjectivis Nominibus.

Diminutiva, quæ à Nominibus primæ classis des-



sis derivantur, desinunt in *ka*, *eska*, *eska*. Quæ à nominibus secundæ classis, in *ke*, *eske*, *eske*. Et quandoque ab uno Primitivo varia fiunt; ut *leány* puella, *leányka*, *leányeska*, *leányoska* puellula, *ablak* fenestra; *ablakoska*, *ablacoska*; *gyermek* puer, *gyermekese*, *gyermekeske*, *gyermekeske*, *legény* adolescens, *legényke*; *szem* oculus, *szemeske* ocellus.

Fiunt etiam à Nominibus proprijs ut *János*, *Jánoska*, *Janczi*, *Janczika*. *Péter*, Petrus, *Péterke*. *Benedek*, Benedictus, *Benedekese*. *Ilona*, *Helen*, *Honka*. à Gentilibus, ut *Magyar* Ungarus, *Magyarika*. *Német* Germanus, *Németke*.

Ab adjectivis, ut *szép* pulcher, *szépeske* pulchellus, *rút* turpis, *rútaka* turpiculus, *nagy* magnus, *nagynoska*.

## § 4.

*De Nominum divisione in simplicia,  
& composita.*

**S**implicia Nomina sunt, quæ nullam præter affixa pronomina possessiva, latinæque præpositiones exprimentia compositionem habent.

Composita sunt, quæ ex duobus vocibus, quæ separatim sumptæ res certas significant, componuntur. Ut *karvas*, manica ferrea, ex *kar*

*kar* brachium, & *vas* ferrum, *atyafi*, vel *atyafiu* frater, consanguineus ex *atya* & *fiu*: *káznép* familia, ex *báz* domus, & *nép* populus, *gazd'asz-szony* materfamilias, ex *gazda* hospes, & *asz-szony* mulier: *Hál-adás* gratiarum actio, *szív-fáras* cordolium, *bulba-sz* hydropiper, *szó-beszéd* proverbium; *szék-hús* Exod. 16. 3. olla carniū. *kigyó méreg* serpentinum venenum, &c. Quorum alia componuntur ex præpositione & nomine, ut *által-ménés* transitus; alia ex duobus substantivis, ut *gazd'asz-szony*, alia ex adjectivo & substantivo, ut *katonadolog* res militaris, quasi *katonai dolog*, quorum pleraque sensu potius, quam voce composita dixerim, cum vocibus divisim mixtam ex utraque significationem habeant.



## CAPUT IV.

*De Nominibus adjectivis, &  
eorum Comparatione.*

## § 1.

*De adjectivis, quæ non comparantur.*

**I**nterrogativa, ut *Ki?* *kiesoda* Quis? *micsoda?* qualis? *mely koru* quantus? *bány*, *bányas* quot? *bányadi* quotus? *menyin*, *bányan-kint*



*kiut*, quoteni: Relativa, *Ki*, á *ki*, *mely*, á *mely*, Qui, quæ, quod: Redditiva *ennyi annyi* tot &c. non comparantur: sicut nec Possessiva, Gentilia, Patria, de quibus cap. 3. § 2. infinitum est; nec Numeralia, de quibus infra § 4. in Append. Quæ tamen omnia declinari possunt, habitâ ratione duplicis classis vocalium ut supr. cap. 2. § 1. assignantur.

## § 2.

*De Comparatione Nominum adjectivorum.*

**A**djectiva quæ comparari possunt, ea sunt, quæ possunt recipere significationem, Adverbiorum magis & minus, & terminantur in omnes ferè literas: sic autem à positivis formantur comparativi & superlativi gradus.

Si positivus desinit in vocalem nullâ sequente consonante, pro comparativo adde unum *b*, secundum aliquos, ut *jó*, *jobb*. vel melius secundum alios duplex *bb*, ut *jobb*. Gen. 29. v. 19. Pro Superlativo solum præpone tuo Comparativo particulam *leg*, ut *leg-jobb*, habes ergo Positivum, Comparativum, Superlativum, *jó* Bonus, *a*, um. *jobb*, melior, *lus*, *leg-jobb* optimus, *a*, um. Sic *elëbb* Gen. 26. v. 13. *torább* Gen. 27. v. 37.

Comparativa quædam in *u*, mutant illud in *a*, ut *boszszu*, *boszszab*. Item *u* in *o*, ut *könnyu*, *könnyebb*. Quædam in *u* assumunt *a* ante *b*, ut *szomorú*, *tristis*, *szomorúabb* Gen. 40. v. 7.

Si autem Positivus desinit in Consonantem unam, cui additum *b*, non offendit aures, & facit pronuntiatur, addes pro Comparativo tantum unum *b*, ut *alkalmatos*, idoneus; *alkalmatosb*, *leg-alkalmatosb*.

Sed etiam in his licebit tibi cum delicatioribus duplicare *s*, & addere *b*, interpositâ Vocali symbolâ, seu sui ordinis, & dicere *alkalmatosabb*: sic *értelmes*, ingeniosus; *értelmesb* vel *értelmesebb*.

Si verò Positivus terminetur in Consonantem unam, quæ cum adjuncto *b*, pronuntiarî nequit, ut *boldog*, beatus: interpones inter illas Consonantes Vocalem symbolam, dicesq; *boldogabb*: multò magis id facies, si adjectivum exeat in duas Consonantes ut *szent*, Sanctus; *szentebb*, at desinens in *sz*, comparitur affixum *b*. Liberè ergo dices, *gonosz* malus, *gonoszb*, *leg-gonoszb*, vel *gonoszsabb*, *leg-gonoszsabb*. Szép pulcher; in Comparativo ultimam literam *p*, assimilat affixo, diciturque in comparatione *szép szebb*, *leg-szebb*. In processu declinationis, Comparativi, & Superlativi gradus sequente Vocali, *b* duplicant, sequente verò consonante, unum expungunt.

C

rativo



rativo elisionem amant, & assumunt aliam  
Vocalem ante b, ut lasor, lairabb. gyakor, gya-  
krabb.

## § 3.

*Exempla Comparationum bina.*

## PRIMÆ CLASSIS.

*Numero Singulari.*

Positivo, Comparativo, Superlativo.

Nominativo.		
Jó,	Jobb,	leg-Jobb.
Bonus, a, nm,	Melior, us,	Optimus, a, nm.
Genitivo.		
Jóé,	Jobbé,	leg-Jobbé.
Dativo.		
Jónak,	Jobnak,	leg-Jobnak.
Accusativo.		
Jór,	Jobbat,	leg-Jobbat.
Vocativo.		
ô Jó,	Jobb,	leg-Jobb.
Ablativo.		
Ettől á Jótól,	Jobtól,	leg-Jobtól.

*Numero Plurali.*

Nominativo.		
Jók,	Jobbak,	leg-Jobbak.
Geni.		

Genitivo.

Jóké,	Jobbaké,	leg-Jobbaké.
Dativo.		
Jóknak,	Jobbaknak,	leg-Jobbaknak.
Accusativo.		
Jókat,	Jobbakat,	leg-Jobbakat.
Vocativo.		
ô Jók,	Jobbak,	leg-Jobbak.
Ablativo.		
Ezekből á Joktól,	Jobbaktól,	leg-Jobbaktól.

EXEMPLUM SECUNDÆ  
CLASSIS.

*Numero Singulari.*

Nominativo.

Szent,	Szentebb,	leg-Szentebb.
Sanctus, a, nm,	Sanctior, us,	Sanctissimus, a, nm.
Genitivo.		
Szente,	Szentebbé,	leg-Szentebbé.
Dativo.		
Szente nek,	Szente nek,	leg-Szente nek.
Accusativo.		
Szenter,	Szente bbet,	leg-Szente bbet.
Vocativo.		
ô Szent,	Szente bb,	leg-Szente bb.
Ablativo.		
Ettől á Szenttől,	Szente btől,	leg-Szente btől.

Ca

Numero.



## Numero Plurali.

## Nominativo.

SzenteK, Szentebbek, leg-Szentebbek,  
Genitivo.

SzenteKé, Szentebbeké, leg-Szentebbeké,  
Dativo.

SzenteKnek, Szentebbeknek, leg-Szenteb-  
beknek.

## Accusativo.

SzenteKet, SzentebbeKet, leg-SzentebbeKet,  
Vocativo.

ô SzenteK, Szentebbek, leg-Szentebbek,  
Ablativo.

EzeKtôl a SzenteKtôl, SzentebbeKtôl, leg-Szen-  
tebbektôl.

Sic Gyors, Gyorsabb, leg-Gyorsabb.  
Celer, is, e, Celerior, us, Celerrimus, a, um.  
Jam vero singuli gradus Comparationum, si sim-  
p substantivo declinentur, possunt declinari juxta dicta  
hactenus.

## § 4.

De declinatione Adjectivi cum Substantivo.

Quodsi Adjectivum cum Sub-  
stantivo Nomine declinetur, invaria-  
tum manet, cujuscunque sit gradus, so-  
lùmque Substantivum variatur.

EXEM-

## EXEMPLUM

PRIMÆ CLAS. SECUNDÆ  
SIS. CLASSIS.

## Numero Singulari.

N. Jó Dolog.	Szent Ember.
Bona res.	Sanctus homo.
G. Jó.dologé.	Szent emberé.
D. Jó.dolognak.	Szent embernek.
A. Jó.dolgot.	Szent embert.
V. ô Jó.dolog.	ô Szent ember.
Ab. Ettôl a Jó.dolog-	Ettôl a Szent ember-
tôl.	tôl.

## Numero Plurali.

N. Jó.Dolgok.	Szent Emberek.
G. Jó.dolgoké.	Szent embereké.
D. Jó.dolgoknak, &c.	Szent embereknek.

Adverte tamen, quod si Adjectivum sit collectivum;  
quod in numero singulari significet multitudinem,  
quale est sok, multus; & Numeralia supra uni-  
tatem omnia, ut Két, három, négy &c. com-  
muniter tantum in singulari declinantur, quamvis  
absolute etiam in Plurali flecti possint, ut

PRIMÆ CLAS. SECUNDÆ  
SIS. CLASSIS.

## Numero Singulari.

N. Sok Katona.	Tíz Ember.
Multi milites.	Decem homines.
	G. Sok



G. Sok katonáé.	Tíz emberé.
D. Sok katonának.	Tíz embernek.
A. Sok katonát.	Tíz embert.
V. ô Sok katona.	ô Tíz ember.
Ab. Sok katonától.	Tíz embertől.

*Adjectivum* mindnyájan, quod est compositum ex mind, & nyái adverbialè est, nec per casus flexitur, nisi cum affixis Pronominibus, de quibus Parte secunda.

## APPENDIX

### De nominibus Numeralibus.

**N**umeralia sunt, quibus in numerando utimur.

Egy,	Nyolcz,	Hatvan,
Unus,	Ötö,	Sexaginta,
Kettő,	Kilencz,	Hetven,
Duo,	Novem,	Septuaginta,
Három,	Tíz,	Nyolczvan,
Tres,	Decem,	Octuaginta,
Négy,	Húsz,	Kilenczven,
Quatuor,	Viginti,	Nonaginta,
öt,	Harmincz,	Száz,
Quinque,	Triginta,	Centum.
Hat,	Negyven,	
Sex,	Quadraginta,	
Hét,	ötven,	
Septem,	Quinquaginta,	



Et con-

Et continuatur numerus intermissus à decem postponendo numeros minores decadibus sic: Tizen-egy, Undecim. Tizen-kettő, Duodecim. Tizen-három, Tredecim, &c. Harmincz-egy, Triginta unus. Harmincz-kettő, Triginta duo &c.

Centenarijs verò, & Millenarijs numeris præponitur numerus minor, sic:

Egy száz, Centum. Két száz, Ducenti. Három száz, Trecenti &c.

Egy ezer, Mille. Két ezer, Bis mille. Három ezer, Ter mille &c.

His numeris respondemus ad interrogationem Hány. Quot sunt?

Alia sunt Ordinalia, quibus respondemus ad interrogationem Hányadik, Quotus? ut Első, Primus. Második, Secundus. Harmadik, Tertius &c.

Sed nota, in prima tantum decade esse usum nominis Második, in alijs loco ejus dicimus Kettődig: ut Huszon egyedik, Vigessimus primus. Huszon kettődik, Vigessimus secundus.

Alia sunt Distributiva, quibus respondemus ad interrogationem, Hányan, Quoteni? ut Ketten ketten, Bini. Hármán hármán, Terni &c.

Vel ad interrogationem Hányankint, Quoteni? ut Egyenkint, Singuli. Kettőnkint, Bini. Hármánkint, Terni. vel Mennyien? Sten.

Minden lelkes állatökből végy betet s' hetet, és a



és a tiztátalan lelkes állatokból *Kettős kettős*.  
Gen. 7. v. 2.

Solemus etiam interrogare per *Hányas*,  
Quotuplex? & respondemus *Eggyes*, Simplex,  
*Kettős*, Duplex, *Hármas*, Triplex &c.



*Pars Secunda.*

DE PRONOMINE.

Et Nominum cum ijs affixis, quæ  
Latinis possessivis æquivalent com-  
positione.

CAPUT I.

*De Pronominum divisione.*

**P**ronomina alia sunt Primitiva, ut *En*,  
Ego, *Te* Tu, & *Ille*, *Is*: *Az* *Ille*; *Ez* *Hic*,  
*Ille*.

Alia Derivativa, ut *Enyim* Meus; *Tiéd* Tu-  
us, *övé* Suus; *Miénk* Noster, *Tiések* Vester,  
*övék* Illorum.

Item alia sunt Demonstrativa, ut *én*, *te*, *ö*,  
*az*, *ez*, & ex his composita, ut *én magam*,  
Ego

Ego ipse, *Te magad*, Tu ipse; *ö maga*, Ille ipse;  
*Annaz*, Ille; *Imez*, Ille; *Azon*, Ugyan az, Idem.

Alia Possessiva, ut *Enyim*, *Tiéd*, *övé*, *Miénk*,  
*Tiések*, *övék*.

Alia Patria, vel gentem, sectam, aut par-  
tes significantia, ut *Mifelenk*, Nostros: *Tiféletek*  
Vestras.



CAPUT II.

De Pronominum declinatione.

§ I.

*De declinatione Pronominum Irregula-  
rium én, te, ö.*

Hæc tria Irregulariter declinantur sic:

*Numero Singulari.*

N. <i>En</i> , Ego.	<i>Te</i> , Tu.	<i>ö</i> , Ille, a, ud.
G. <i>Enyim</i> mei.	<i>Tiéd</i> , Tui.	<i>övé</i> , Illius.
D. <i>Nékem</i> , Mi-	<i>Néked</i> , Tibi <i>Te</i> .	<i>Néki</i> , Illi <i>öné</i> .
	<i>hi</i> , vel <i>Enékem</i> .	<i>néked</i> .
A. <i>Engemet</i> , Me	<i>Tégedet</i> , <i>Te</i> .	<i>öiet</i> , Illū, am, ud.
Vocat. caret.	<i>ö Te</i> , Tu.	Voc. caret.
Ab. <i>En ödlem</i> ,	<i>Te ödled</i> , à <i>Te</i> .	<i>ö Töle</i> , ab Illū, a, o.

*Numero Plurali.*

N. <i>Mi</i> , vel <i>mink</i> .	<i>Ti</i> , vel <i>Tik</i> .	<i>ök</i> , Illi, e, a.
		G. <i>Mi</i> .



G. *Miēnk*, &c. *Tiētek*, *Vestrūm dvēk*, *Illortī* &c.  
 D. *Minēkūnk*. *Tinēkiek* *Vobis*. *dvēkiek*, *Illis*.  
 A. *Minket*, *Titeket*, *Vos*. *dket*, *Illos*, *as*, *la*.  
     *ō Ti*, *ō Vos*.  
 Ab. *Mi Tōlūnk*. *Ti Tōletek*, &c. *ō Tōlōk*, *ab Illis*.

## § 2.

*De ijs, quæ regulariter declinantur.*

Quomodo declinentur Demonstrativa hæc *az*, & *ex*, quæ etiam Articuli nominum sunt, dictum est pag. 11. eorum etiam composita similiter declinantur. Nimirum *amaz*, *ugyan az*, *azon*, per primam Vocalium classem. His adde *én magam*, *Ego ipse*. *Te magad*, *Tu ipse*, *ō maga*, *Ille ipse*: Et in Plurali numero: *Mi magúnk*, *Nos ipsi*, *Ti magatok*, *Vos ipsi*, *ō Magok*, *Illi ipsi*. Sic etiam: *Ennen magam*, *Ego ipse*. *Tennen magad*, *Tu ipse*. *dnndn maga*, *Ille ipse*. Et in Plurali: *Minnen magúnk*, *Nos ipsi*. *Tinnen magatok*, *Vos ipsi*. *dnndn magok*, *Illi ipsi*. quorum altera tantum pars declinatur.

Secundum alteram verò Vocalium classem declinantur hæc: *Ez*, *Imez*; & Possessiva *Egyim*, *Tiéd*, *dvé*. Et in Plurali *Miēnk*, *Tiētek*, *dvēk*. Et Patria *Mi f. lēnk*, *Ti f. lēletek*. In Plurali; *Mi f. lēnkūnk*.

# EXEMPLUM.

## PRIMÆ CLASSIS.

*Numero Singulari.*

N. *En magam*, *Te magad*, *ō maga*.  
     *Ego ipse*. *Tu ipse*. *Ille ipse, a, um*.  
 G. *En magamé*, *Te magadé*, *ō magacé*.  
 D. *En magamnak*, *Te magadnak*, *ō magának*.  
 A. *En magamat*, *Te magadat*, *ō magát*.  
 Ab. *En magamtól*, *Te magadtól*, *ō magától*.

*Numero Plurali.*

N. *Mi magúnk*, *Ti magatok*, *dk*, *vel* *ō magok*.  
 G. *Mi magunké*, *Ti magatoké*, *ō magoké*.  
 D. *Mi magunknak*, *Ti magatoknak*, *ō magoknak*.  
 A. *Mi magunkat*, *Ti magatokat*, *ō magokat*.  
 Ab. *Mi magunktól*, *Ti magatoktól*, *ō magoktól*.

## SECUNDÆ CLASSIS.

Sunt ipsa Pronomina possessiva ex Genitivis Primitivorum.

*Numerus Singularis rei Possessa, & Personæ possidentis.*

N. *Enyim*, *Tiéd*, *dvé*.  
     *Meus, a, um*. *Tuus, a, um*. *Illius*.  
 G. *Enyimé*, *Tiédé*, *dvéjé*.  
     D. *Enyi*.



D. Enyimnek,	Tiédnék,	ővének.
A. Enyimet,	Tiédet,	ővét.
Ab. Enyimtöl,	Tiédtől,	ővétől.

*Numerus Singularis. Persona, seu Possessoris, & Pluralis. rei. possessa, quasi mei libri, &c.*

N. Enyimek,	Tieid,	ővéi.
-------------	--------	-------

*vel Enyéim, pro Tiedek, quod non est in usu.*

G. Enyiméké,	Tieidé,	ővéjé.
D. Enyiméknék,	Tieidnek,	ővéinek.
A. Enyiméket,	Tieidet,	ővéit.
Ab. Enyiméktől,	Tieidtől,	ővéitől.

*\* Mind. mi, mind földünk Tieid. leszünk Gen. 47. v. 19.*

*Numerus Singularis rei. Possessæ, & Pluralis. Possessoris; quasi noster equus.*

N. Miénk,	Tieitek,	ővék.
-----------	----------	-------

*Numerus Pluralis. tam rei possessæ, quam Possessoris, quasi libri nostri.*

N. Mieink,	Tieitek,	ővék.
------------	----------	-------

*Ceteri casus habebuntur. additis casuum terminationibus. ut supra.*

*Nota. hic, his. Pronominibus. possessivis, Enyim, Tieid, ővé, Miénk, Tieitek, ővék, Ungaros imitari singulare artificium. Hebræorum, breviter, & unâ voce complectendi Substantiva cum Pronominibus possessivis per omnes*

omnes personas, & numeros; imò etiam extendere ad ipsa verba saltem secundæ (ut hic nominatur) Conjugationis. Tradetur hæc ars capite sequenti. Quam Ungarorum cum Hebræis æmulationem facile advertent, qui Hebraicorum affixorum notitiam habent.

## § 3.

*De iterata Genitivorum declinatione.*

**O**Mnes Genitivi tam Nominum, quam Pronominum significant aliquam Possessionem, ut cum dico, *Uré Domini*, vel *Uramé*, Domini mei, refertur in memoriam res aliqua possessa à Domino. Jam ergo omnes tales Genitivj iterum per sequentes casus flectuntur, ut:

*Numerus Singularis.*

PRIMÆ CLAS. SECUNDÆ  
SIS. CLASSIS.

G. Uramé, Domini mei.	Seregé Exercitús.
D. Uraménak,	Seregének.
A. Uramét.	Seregét.
Ab. Uramétől.	Seregétől.

*Numerus Pluralis.*

G. Uraimé, Meorum Do-	Seregeké,	Exercitú-
minorum.	mi.	
		D. Uralg



D. Uraiménak.	Seregekének.
A. Uraimét.	Seregekét.
Ab. Uraimétől.	Seregekétől.

*Idem facies cum Pronominibus, ut:*

Enyimé, Enyimének, Enyimét, Enyimétől.  
 Tiédé, Tiédének, Tiédet, Tiédétől.  
 Ovié, övéjének, övéjét, övéjétől.  
 Miénké, Miénkének, Miénkét, Miénkétől.  
 Mi félénké, Mi félénkének, Mi félénkét, Mi félénkétől.

*Horum usus accidit in responsionibus, quando in interrogatione præcessit substantivum, ut: Ki lovát viszed? Uramét; Cujus equum ducis? mei Domini.*



### CAPUT III

De affixis Pronominibus, quæ Latinis Pronominibus possessivis æquivalent.

**H**ic pulchra, sed difficilis Ungaricæ lingvæ proprietas occurrit, quæ reducit iterum omnia Nomina in memoriam, & æquivalere regulæ Syntacticæ de constructione Nominis possessivi cum substantivo.

Nam his possessivis, *Enyim* Meus, *Tiéd* Tuus,

us, *ővé* Suus, vel *Illius*, Ungari non utuntur, nisi in certis responsionibus, quando substantivum præcessit in interrogatione simili, v. g.

Cujus est iste equus? *Ki lóva ez?* tunc respondebis per possessivum Pronomen *Enyim*, Meus: Si substantivum veniat in Genitivo, ut Cujus domini est iste equus, *Ki Uraé ez a ló?* respondebis per Genitivum *Enyimé*, Mei: Si substantivum præcessit in Dativo, Dativo respondebis, ut si interrogares Caipham, Cujus famulo Petrus abscidit auriculam, *Ki szolgájának vágta-el Péter a fülét?* respondebis in Dativo, *Enyimnek*, Meo, quod vix in usum venit.

### § I.

De affixis, quæ æquivalent possessivis Pronominibus primæ & secundæ personæ utriusque numeri in constructione cum substantivo.

**I**N constructione itaque substantivi cum possessivis Pronominibus *Enyim*, *Tiéd*, *ővé*, *Miénk*, *Tiédék*, *ővék*, non utuntur Ungari sic integris; sed dividunt ea interposito substantivo, ita, ut inter personales syllabas, & finales literas medium locum teneat substantivum: v. g. Meus liber, malè dices *Enyim könyv*, sed inter *én*, & *m*, finale interpone substantivum *könyv*. sic *én-könyv-em*, *Té-könyv-ed*, & *könyv-e*. Adver-



Advertere potes, quod in hac divisione Pronominis possessivi mediæ literæ patiantur mutationem aliquam, ut igitur certam regulam habeas, & facilius procedas, hæc Pronomina possessiva, quæ reipsâ sunt ipsi Genitivi Primitivorum, juxta subiectam Tabellam nota.

N. S. P. I. ENyiM.	2. TlêD.	3. ðvE.
N. P. P. I. MlêNK.	2. TlêTeK.	3. ðvêK.

Vides hic Pronomen Possessivum primis syllabis ferè continere ipsos casus Nominativos Pronominum primitivorum per omnes personas, & numeros.

Jam pro affixo intento, relictis interim tertij personis, quodcunque substantivum interpone inter primam possessivi syllabam, separatim, & ultimas literas majusculas conjunctim (quod posterius similiter in sacra lingua fieri, nemo peritus dubitat) omissis minoribus, vel pro exigentia, ut dicetur, in alias mutatis, & habebis intentum.

Erunt itaque tibi accipiendæ literæ sequentes.

N. S. P. I. M.		2.	d.
N. P. P. I. NK.		2.	{ tok. tek. idk.

Substantivis terminatis Vocali, addes solum literas, vel syllabas ad notatas.

## EXEMPLUM PRIMÆ CLASSIS.

Alma Pomum.

N. S. Almâm, Pomum meum. Almad, Tuum.  
N. P. Almânk, Pomum nostrum, Almatok, Vestrum.

## SECUNDÆ CLASSIS.

Elme; Ingenium.

N. S. Elmém, Ingenium meum. Elméd, Tuum.  
N. P. Elménk, Nostrum. Elmétek, Vestrum.

Sic Idóm, Tempus meum, Idôd, Tuum.  
Idônk, Nostrum. Idôdtk, Vestrum.  
Ati idôdtk, mindenkor keszen vagyón. Joan. 7. v. 6.

Földim compatriota Meus; Földid, Tuns.  
Földink, Noster. Földitek, Vester.

Et poteris, ubi judicabis præponere separatim Primitiva én, Te, ô, &c. cum articulo sic:

Az én Almâm, A' te almad, &c.

Nomina, quæ in J, Consonantem desinunt, ut sit in diphthongis aj, ej, ij, vel ut alij scribunt ay, ey, regulam eorum sequuntur, quæ in Consonantem exeunt, ut Haj, bajam. idem sit cum terminatis in v, ut ôlyv, ôlyvem.



Si verò nomen substantivum terminetur in consonantem, ut *Ur*, Dominus: *Isten*, Deus: debes ante assignata affixa assumere vocalem unam ex Symbolis, v. g. pro Prima classe vel *o*, ut *Ur*, *uram*: *Szomszéd* Vicinus, *Szomszédom*.

Pro secunda classe *e*, vel *o*, ut *Isten*, *Istenem*. *Csűr* Horreum, *csűröm*, Meum horreum.

Nota hic, Nomina, quæ in Accusativo singulari metathesim habent, quorum exempla habes fol. 20. etiam in his affixis eâ gaudere: ut *Bagoly*, *bokor*, *baglyom*, *bokrom*: *Csöbör*, *ökröm*, *csöbröm*, *ökröm*.

## EXEMPLA PRIMÆ CLASSIS.

N. S. *Uram*, Dominus meus. *Urad* Dominus tuus.  
N. P. *Urünk*, *Uratok*.  
N. S. *Szomszédom*, *Szomszédod*.  
N. P. *Szomszédünk*, *Szomszédotok*.  
N. S. *Bokrom*, *Bokrod*.  
N. P. *Bokrünk*, *Bokrotok*.

Sic *Malmom*, *Mea mola*. *Malmód* *Mola tua*.

## EXEMPLA CLASSIS SECUNDÆ.

N. S. *Istenem*, *Deus meus*. *Istened*, *Deus tuus*.  
N. P. *Istenünk*, *Deus noster*. *Istenetek*, *D. vester*.  
Per Synci

Per Sync: *Istenek* Gen. 6. v. 7. Sic *Felcségték*, Exod. 20. v. 24.

N. S. *örömöm*, *Gaudium meum*. *örömöd*, *tuum*.  
N. P. *örömünk*, *nostrum*. *örömetek*, *vestrum*.  
A' *ti örömetek teljes legyen*. Joan. 16. v. 24.

N. S. *Csűröm*, *Horreum meum*. *Csűröd*, *tuum*.  
N. P. *Csűrünk*, *nostrum*. *Csüreték*, *vestrum*.

Si videris alios cum affixo secundæ personæ Pluralis numeri communis uti litera *s*, imitare.

Revocabis hic tibi Nomina ex pag. 18. 19. quæ in Accusativo ante *t*, assumunt *a*, eadem enim etiam hic ante affixa exigunt *a*, ut *Vadam*, *Fogam* &c.

*Szai* habet *Szajam*. Job. 9. v. 20. 39. v. 34.  
Et *szám* Job. 33. v. 2. in *a*, perf. *szád*. *Sok* *szél a' te szád beszédi*. Job. 8. v. 2.

Advertes etiam illa monosyllaba, quæ in Accusativo habent irregularitatem, de quibus pag. 14. etiam sic illam fervare, habet enim *lő*, *tővam*; *Szó*, *szavom*, vel *szóm*, *Pazm*. p. 644. *szód*, Exod. 8. v. 10. vel *szavad*: *Jó*, *jóm*, vel *javam*. *To tavom*, vel *tóm*. *Egyiptus tavai*, Exod. 7. v. 19. *a jó*, *Sal: sóm*; *savom* vix est in usu, sed ab eo deducta tertia persona *sava*. Sic à *Hó*, nix. & Mensis, *Háva*. *Gabona bawának idején*. Exodi 34. v. 18.

*Fő* Caput, *fejém*, *Fő* Herba, *szővem*. *Sarv*, *Cor* *qu*, *szarvomi*: *Fi*, vel *fin*, *Filius*, *fiam*.



His adde dyssyllaba *Daru*, *darvom*. *Hamiu*, *hamvom*. *Teiö* pediculus, *tervom*, *birö* Judex, *birám*.

Composita ex duobus Nominibus, quædam in priore parte compositi recipiunt hæc affixa per omnes personas, & utrumque numerum variabilia, ut nihilominus etiam in posteriore compositi parte habeant affixum tertiæ personæ, ut *Ház-nép*, Familia, *házam népe*, *házad-népe*: Sic *Szív-szájás*, *szívem szájása*, *Atya-si atyám fia*.

Quædam tantum in posteriore compositi parte habent affixa, ut *Gazd'aszszony*, *gazd'aszszonyom*. *Szó-beszéd*, *szó-beszédem*; *minden-napi*, *minden-napim*.

Quædam sine affixo vix sunt in usu: ut *Felebrátom*, Proxim<sup>9</sup> meus. Et hæc simplicia *Húgod*, *dzéd*. *Árra válaminek*, pretium, *bíja válaminek*, defectus. *folyama válaminek*, fluxus alicujus rei. *űköm*, Proavia mea. sequentia etiam cum affixo potius efferuntur. *Ipam* Socer meus, *Napám*, Socrus mea. *Vöm*, Gener meus. *űöm* Avus meus.

## § 2.

De affixis possessivis tertiæ personæ.

**T**ertiæ personæ habent majorem difficultatem; & pluralis tertia pendet à singulari tertia.

Singu-

Singularis tertia persona hæc habet affixa.

PRIMÆ CLASSIS *Ja*, *nya*, *tya*, *a*, *gya*.

SECUNDÆ CLAS. *Je*, *e*, *i*.

Nomina in Vocalem desinentia Primæ clas. habent *ja*, ut *Alma*, *almája*.

Secundæ clas. *je*, ut *Elme*, *elméje*. *Eszve*, *esztvéje*. Exod. 12. v. 18.

Excipe pauca anomala: *Atya*, Pater: *bátya* frater major, quæ solum duplicant, ut *Attya*, *báttya*, *Anya* verò Mater, *n*, ut *Annya*. *fi*, vel *fia* habet *fia*. *fattyu*, spurius *fattyu*. *Birö*, *birája*, *Ajtó*, *ajtaja*. *Lo*, *lova*. *Szó*, *szava*, *Hó*, *hava*, *So*, *sa*, *va* pro *fale* in re salita, *Sója* pro *fale* simpliciter, *Szaru*, *szarva*, *Daru*, *darva*, *Hamu*, *hamva*, & *hosz/sza* substantivè, longitudo alicujus, ab *hosz/szu*. *gyapjú*, *gyapja*.

Et secundæ clas. sequentia: *Erdö*, Sylva *erdeie*, *ldö*, Tempus, *ideje*. *Eszteendő* Annus, *esztendeje*. *Tüdö* Pulmo, *tüdeje*. *ű*, *űje*. *Fű* fűve, *Tő* Radix, *tőve*. *Velö* Medulla, *veleje*: *Szölö* Vineæ, *szöleje*. *Mezö* Campus, *mezeje*. *Vesz/szö* Virga, *vesz/szeje*. *Menyegző* Nuptiæ, *menyegzeje*. nonnulla subinde nec à regula abhorrent, ut: *Barány* *Menyegzője* apud Pazman. p. 735. *Kettö* Duo, substantivè *ketteje*; hæc imitatur præpositio *elő*, præ, ante, ut *harcz*, *eleje*.

Nomina verò desinentia in Consonantem, pro ratione finalium literarum habent affixa. Desinentia in *B*, assumunt *ja*, ut *Bab*, *Faba*.

D 3

Hab



*Hab* Fluctus, *Rab* Captivus, *Czomb*, *Dob* Tympanum, *Domb* Collis, *Babja* &c. *Láb* tamen pes, habet *lábja*.

In *D*, assumunt *gya*, ut *Kád* Cadus, *Card* Ensis, *Mód*, Modus; *Híd* Pons, *Lúd* Anser, *Rúd*. *Kádgya*, *rúdgya*. Exod. 37. v. 20. & *rúdja*. Exod. 35. 16. *Harminczad*: Prov. *Mátfzor-in* *völt am* & *az ebek harminczadgyán*. Prov. Sed *Hád*, Bellum, habet *hada*.

In *G*, aliqua habent *ja*, ut *Harag* Ira, *Harang* Campana, *Barlang* Spelunca, *Láng* Flamma, *Haragja* &c. Alia *a*, ut *ág* Ramus, *Fog*, Dens, *Ország* Regnum, &c. Et quæ Metathesim habent, ut *Dolog* Res, *Horog* Uncus, & derivativa in *ság*, ut *Boldogság* &c. *ága*, *Horga* Pazm. p. 736.

Quædam utroque modo, ut *Tag* Membrum, *taga*: Job. 17. v. 7. *Virág* virága Job. 15. v. 33. & *virágja* Ibid.

In *H*, assumunt *a*, ut *Juh*, *juba* Ovis.

In *J*, Conson: (in diphthongis enim *aj*, *ej*, & *ij* potius consonans est *i* finale) habent *a*, ut *Haj*, *báj*, *fa-béj* Cortex, *Vaj*, *száj*, *nyáj* Grex, *Kéz-ij*, Arcus; *Szaj* Corium, *baja* &c.

In *K*, quædam habent *a*, ut *Ablak*, *lyik*, *Foramen*, *sark* Cauda, *nyomdok* Vestigium, *nyak* Collum, *ok* Causa, *paták* Fluvius, *sark* Calx pedis, &c. Et quæ Metathesim habent, ut *szitok* Convitium, *átok* Maledictio, *mocsok* Macula, &c.

*la*, &c. Et desinentia in *ek* acutum, ut *aranyék* Umbra, *Buriték* Operimentum: *Hajlék* Tabernaculum, *Maradék* Reliquiæ &c. ut *Farka*, *lyi-ka* Job. 40. v. 19. aliqua tamen etiam ex illis *ja* admittunt, ut *Patakja*, Pazm. in Conc. pagin. 602. *Maradékja*, *llai*. 46. v. 3. *Buritékja*. Exod. 35. v. 11.

Aliqua habent *ja*, ut *Csik* Lampreta, *Fülák*, vel *fülánk* Aculeus, *Sák* Saccus. *Sisák* Cassis, *Mák* Papaver, *rák* Cancer, sic *Sákja*. Gen. 44.

In *L*, habent *a*, ut *Angyal* Angelus, *Fal* Paries, *oldal* Larus, *nyíl* Sagitta, *szál* &c. ut *Angyala* &c. Excipe *Czél*, *czellja* Pazman. Conc. *Aczél*, *aczéllja*.

In *M*, quæ etiam Metathesim habent in Accusativo, ut *Barom*, *baralom*, *jutal-m*, *malom*, &c. etiam habent *a*, cum elisione Vocalis *o*, ut *Barma* &c. Alia, quæ non patiuntur in Accusato: Metathesim, habent *ja*, ut *Som* Cornum, *Kórom* Fuligo, *sonja*, *kóromja*.

In *N*, assumunt *nya*, ut *Kalán*, Cochlear, *kalánnya*, *kín* Cruciatu, *kínnya*, *hon* Domus, *honnya*, Patria ejus; ab *hon* videntur derivata *hónallya* Axilla, & *hónalat* sub axilla.

In *P*, habent *ja*, ut *Pap* Sacerdos, *kalap* latius pileus, *Síp* Fistula, *Papja* &c. Excipe *Oszip* *oszipa*, 1. Tim. 3. 15. *Talp*, *Talpa* Exod. 38. v. 17.

In *R*, affixum *a* postulant, ut *Határ*, Terminus,



minus, *Kár* Damnum, *osfor* Flagellum, *sátor* Tentorium, *ságár* Radius, *pitvar* Atrium, *szár* Culmus, *szamár* Asinus, *vár* Arx, *zápor* Imber, *latro* Latro, &c. ut *batára*, *zápora* Job. 37. v. 6. *lato* eliso o, *latra*.

Excipe *Zár* Pessulus, *kar* Brachium, *bibor* Byssus. *zárja*, *karja*, *biborja*, Exod. 35. v. 23.

In S, recipiunt a, ut *Has* Venter, *fas* Aquila, *vas* Ferrum, &c. *Hafa*, *vasa*, *kos* Aries, Kaldi in Exod. 29. v. 22. posuit duplici s, *kossa*.

In T, assumunt tya, ut *állat* Ens, *magzat* Proles, *boeánat* Remissio, *vadáscat* Venatio, *illat* odor, *kút* Fons, *búsvét* Pascha, *halor* &c. ut *alattya*, *magzattya*, *uttya* Pazm. pag. 600. Kaldi verò utitur *úta*, Gen. 6. v. 12. Et fere alibi ubique. Sed si finale t, præcedat Consonans, non duplicatur t, ut *lant* Chelys, *Lantya*.

In Z, etiam a, ut *Ház* Domus, *bázá*.

In Ts, vel es, vel ez volunt habere a, ut *Tanáts* Consilium, *gyóts* Sindon, *czúts* Tuber, *sarcz* Litrum, *harcz* Certamen, &c. *tanátsa*.

In Sz, quoque a, ut *Halász* Piscator, *vadásc* Venator, *balásza*, quidam putant sz duplicandú.

In Gy, petunt a, ut *Agy* Lectus, *Jobágy* Rusticus, *Hadnag* Dux &c. ut *ággya* &c. *Hadnagya*, Pazm. in Conc. pag. 598. Sed Kaldi duplicat g, ut *badnaggya* Gen. 26. v. 26. Et alibi.

In Ly, volunt habere a, ut *Király* Rex, *karály*

*hely* Castellum, *rastely* Crates, *Királya* &c. Quidam l, duplicant, quod Pazm. non facit, nec Kaldi, nam accentus penultimæ id supplet. *fo-goly* & similia Metathesim amantia eliso o, *foglya*, Gen. 39. v. 20.

In Ny, ut *Barány* Agnus, *leány*, *Márvány* Marmor, *szigony* Fuscina, *Tartomány* Regio, *szárny* Ala, &c. *Baránya*, *leánya*, in quibus an aliqui benè duplicent literam n, praxis impressorum authorum te docebit.

In Ty, desinentibus etiam affiges a, ut *Ponty* Carpio, *Pontya*, *konty*, *kontya* &c.

Nomina secundæ classis faciliora sunt, omnia enim ferè e, affixo contenta sunt, ut *Seb* Vultus, *szöld* Terra, *dög* Cadaver, *Méh* Apes, *tetey* Vertex, *kerék* Rota, *lepel* Tegumentum, *szem* Oculus, *lőten*, *csöp* Gutta, *ser* Cervisia, *segyver* Arma, *örökös* Hæres, *test* Corpus, *szív* Cor, *víz* Aqua, *gyümölcs* Fructus, *mész* Calx, *hegy* Mons, *személy* Persona, *erszény* Marsupium, &c. *sebe*, *szöde* Gen. 41. v. 46. 21. *Kim*, *kimie* Gen. 42. v. 30. *csöp* Gutta, *csöppe* dup. p, Job. 36. *Tör idre*, apud Kald. *idre*, Job. 18. v. 10. Nomina quæ in Accusat. Metathesim habent, sol. 20. hic eadem gaudent, ut *Berek*, *berke* &c. sed quæ habent s in ultima syllaba mutant illud in e, ut *csöbör*, *csöbre*.

Sunt tamen aliqua nomina secundæ classis, quæ & i, & quæ saltem i, usitatus admittunt,



ut monosyllaba *Dög* Cadaver, *Él* Acies, *szék* Sedes,  *tök* Cucurbita, *szőr* Pilus, *böcs* Pretium, *böjt* Jejunium, *hit* Fides, *tíz* Officium, *iz* Sapor, *köz* Spatium, &c. ut *dögi*, *segyver* *éeli* E. xod. 17. *Ű*. 13. *Kegyelem* *széki* Pazm. in Conc. pag. 646. *Szöri* Exod. 35. *Ű*. 23. *hiti*, Teleg. habet etiam *hite* *szöget* Luther. part. 2. pag. 588. Et quædam adjectiva substantivè accepta in regimine, ut *szék* Angustus, *Paucus*, *kenyérnek* *széki*, *szép* Pulcher, *gyémöcsnek* *a' szépi*. Ex polysyllabis *közép* apud Pazm. *szavem közepi*.

Derivata in *Et* tam *e*, quam *i*, admittunt, ut *szereget*, *szeregete*, Pazm. pag. 584. & *szeregeti*, pag. 587. *öltöztet* Indumentum, *öltöztete* Job. 31. *Ű*. 19. *öltözteti*, Ibid. &c.

Jam verò ex tertijs personis singularibus formandæ erunt tertiæ plurales juxta mutationes subiectas.

Nomina in Vocalem desinentia habent tertiam personam singularem.

Primæ classis, in *ja*. Secundæ in *je*.

In Plur. muta in *jök*. muta in *jek*. vel *jök*.

Exempla, Res possessa & possessor in Singulari.

Classis 1.	M.	d.	ja.
Classis 2.	M.	d.	je.

*Almám*

<i>Almám</i> ,	<i>Almád</i> ,	<i>Almája</i> .
<i>Elmém</i> ,	<i>Elméd</i> ,	<i>Elméje</i> .
<i>Széröm</i> ,	<i>Széröd</i> ,	<i>Szérője</i> .

Res possessa in Singulari, possessores in Plurali.

Classis 1.	<i>nk</i> .	<i>tok</i> .	<i>jök</i> .
Classis 2.	<i>nk</i> .	<i>tek</i> , <i>tök</i> .	<i>jek</i> , <i>jök</i> .

<i>Almánk</i> ,	<i>almátok</i> ,	<i>almájok</i> .
<i>Elménk</i> ,	<i>elmétek</i> ,	<i>elméjük</i> .
<i>Szérőnk</i> ,	<i>szérőtök</i> ,	<i>szérőjük</i> , vel <i>jek</i> .

Nomina verò in Consonantem exeuntia habent in 3. Singulari Primæ Classis:

*Ja*, *nya*, *tya*, *a*, *gya*.

In Plur. *Jök*, *nyök*, *työk*, *ök*, *gyök*. Secundæ Class. in Num. Sing. *e*, aut *i*, in num. Plurali assumunt *k*, sed quæ habebunt *i*, mutant illud in *s*, & quæ in themate habebant *ö*, vel *ü*, possunt illud retinere.

Res possessa & possessor in Singulari.

Primæ Classis Num. Singular.	M.	D.	<i>Ja</i> , <i>nya</i> , <i>tya</i> , <i>a</i> , <i>gya</i> .
------------------------------	----	----	---

*Rabom*,



Rabom,	rabod,	rabja.
Aranyom,	aranyod.	aranya.
Pontyom,	pontyod,	pontya.
Uram,	Urad,	Ura.
Kardom,	kardod,	kardgya.

Res possessa in Singulari, & possessores in Plurali.

Primæ Classis Num. Pluralis.	nk,	tok,	Jok. nyok. tyok. ok. gyok.
------------------------------	-----	------	--

Rabúnk,	rabotok,	rabjok.
Aranyúnk,	aranyotok,	aranyok.
Pontyúnk,	pontyotok,	pontyok.
Uránk,	Uratok.	Urok.
Kardúnk,	kardotok,	kardgyok.

Res possessa & possessor in Singulari.

N. S. 2. Claf.	M,	D,	E, I.
Istenem,	Istened,	Istene.	
örömdm,	örömd,	öröme.	
Csüdm,	csüd,	csüre.	
Böjdm,	böjd,	böjti.	

Res possessa in Sing. possessores in Plur.

N. P. 2. Claf.	nk,	tek, tök,	ek, ök.
----------------	-----	-----------	---------

Iste.

Istenünk,	Istenetek,	Istenek.
örömiünk,	örömetek,	örömek.
Csüriünk,	csürietek,	csüriök.
Böjtiünk,	böjtietek,	böjtiök.

§ 3.

De ijs affixis, quæ æquivalent Substantivis pluralibus, cum affixis tam singularis, quam pluralis Numeri.

Forma tibi semper prius substantivum plurale cum affixo singulari tertiæ personæ quod affixum est semper litera i, & variè invenitur: pro quo nota.

Pro prima Classe Nominum.

Nomina, quæ in Numero singulari habent affixum singulare Ja.

Vel sunt, quæ in Vocalem exeunt, ut

Alma, lakó, battya.

Et habent tertiam singularem cum affixo.

Almája, lakója, battyája.

His pro formando Numero plurali demes litteram finalem a, & litera i, quæ remansit erit formativa substantivi pluralis cū affixo possessivo; efficitque illud i, per se syllabam sic: Almai, Poma ejus. lakói, Inquilini ejus Gen. 19. v. 28. Hattyúi, Cygni ejus.

Vel



Vel sunt Nomina illa desinentia in Consonantes, ut *Rab, dob*.

Et habent in tertia singul. *ja*, ut *rabja, dobja*.

His addes litteram *i*, formativam Nominis substantivi pluralis, cum affixo singulari, habebisque *Rabjai*, Captivi ejus. *dobjai*, Tympana ejus.

Et sic formabis nomen plurale cum possessivo singulari, etiam pro illis, quæ cum singularia sunt, habent affixa

*Nya, tya, gya, a*. ut

*Kinnya, bottya, kardgya, nyila*:

*Kinnyai*, Tormenta ejus. *bottyai*, Bacculi ejus. *kardgyai*, Gladij ejus. *nyilai*, Sagittæ ejus.

Excipe aliqua, quæ elisâ literâ *a*, aut etiam alijs literis accessorijis Syncopen amant, ac in *i*, desinunt; talia sunt quædam in *d*, ut *Szomszédi, apródi* Job. 21. v. 11.

Quædam in *g*, ut *csillag* Stella, *csillagi* Genes. 22. v. 17. *Asztag* Acervus, *asztagi*, Job. 24. v. 11. *Gazdag* Dives, *a' világ gazdagi*, Pazm. Conc. pag. 653. Et Derivata in *Ság*, ut *Méltóság* Dignitas, *hamiság*, ut *méltosági &c.*

Quædam in *K*, ut *Ajak* Labiû, *ajaki*, Job. 11. v. 5. *Nyomdok* Vestigium, *nyomdoki* Job. 11. v. 7. *Hajlek* Habitaculum, *hajleki* Job. 19. v. 21. & similia in *lek*; *Patak* Fluvius, *pataki* Exodus 7. v. 19.

Quædam in *L*, ut *Angyal*, *Angyali*: az *Angyalid*.

*gyalidban* gonofsiágot találtal Job. 4. v. 17. *Oldal* Latrus: *Oldaliról le-fűgg a' háj* Job. 15. v. 27.

Derivata in *Lom*, ut *Pájdalom*, *fájdalmi* Dolores ejus.

Nonnulla in *P*, ut *Ofzlop* Columna, *Az ég ofzlopi* Job. 26. v. 11. habet *P*. Kaldi exemplum etiam in *Nap* Dies: *Vallyon az én Napimnak kevesisége nem hamar végeződike?* Job. 10. v. 20. sed hoc propriè habet *napjai*, ut *Vallyon mint az ember napjai olyaké a' te napjaid*. Job. 10. v. 5.

Quædam in *R*, ut *Sugar* Radius, *sugári* radij ejus, Job. 41. v. 21. *Számár* Asinus, *szamári* Asini ejus Gen. 32. v. 5.

Derivata in *As* omnia; ut *Forrás* Genes. 8. v. 2. Sic *romlás*, *károvalás &c.* etiam *inas* Ephæbus, *vadászás*.

In *At*, similiter Derivata, ut *Allat*, *gyálat*.

In *Ny*, habet Kaldi *Leanyitok*, *leányink* Genes. 38. & *erszényink* Gen. 43. v. 22.

### Pro secunda Nominum Classe.

SECUNDÆ verò classis Nomina, cum sunt singularia, quæ in Vocalem *e*, vel Diphthongos *ö*, *ü* terminantur, habentque affixum *je*, ut *Elme* Ingenium, *keud* Unguentum, *csöprö* Stupa, *elmöje*, *keudöje*, *csöpröje*. Etiam abjiciunt ultimam affixi litteram, ut *elmöi* Ingenia, *csöpröi*.



ejus *keudi* Unguenta ejus, *csöpi* Stupæ ejus.

At Anomala illa Monosyllaba de quibus mentio est paulo ante § 2. post initium; formant Numerum pluralem addendo *i*, affixo priori, ut *Lo*, *lova*, *lovai* Equi ejus: Sic *száva*, *szavai*: *fő*, *feje*, *fejei*: *fű* *füve*, *füvei*; *vő*, *vőm*, *veje* Gen. 19. §. 14. habet *ve*, pro *vejei*.

Sic & illa *Szaru*, *szarva*, *szarvai*, *darvai*, *tevei*.

Quæ verò in Consonantem desinunt, & habent ante suam finalem Consonantem literam Vocale *e*, ut *szem*, affixo singulari, quod est etiam *e*, ut *szeme*, pro Numero plurali addes literam *i*, ut *szemei* Oculi ejus.

Idem facies cum illis Substantivis, quæ ante Consonantem habent *ö*, vel *ő*, ut *Bör*, *böre*, Exod. 35. §. 23. *börei* Pelles ejus. *Czár*, *czäre*, *czärei* Horrea ejus. Gen. 41. §. 47.

Excipies nonnulla quæ eliso *e*, Syncopen amant, ac tertiam singularem in *i*, habent; hanc enim terminationem servant cum affixis *Beszédi*, Exod. 23. §. 8.

Quædam in *d*, ut *Kisdéd* Parvulus, *kisdédi* Parvulus ejus, & *kisdédi* Parvuli ejus.

In *G*, ut *Sereg*, *seregi* Exercitus; & maxime derivata in *ség*, ut *Nemzéség*, *feleség*; *ellenség*, *nemzéségi*, *feleségi* Genes. 7. §. 7. *ellenségi* Genes. 49. §. 8. *sömörgei* Rugæ, Job. 16. 9.

In *K*, ut *Szék*, *Add nekem a te székidnél aló bálcsógeget* Sap. 9. §. 4.

Deri-

Derivata in *Lem*, ut *segedelm*, *segedelmi*, Auxilia ejus, *félelem* Timor, *félelmi*, Timores ejus, &c.

In *R*, ut *Ember*, *emberim*, Genes. 50. §. 7. *Kenyér*; *hogy meg-áldgyam a te kenyeredet*. Exod. 23. §. 25. *Seller*, *Inquilinus*; *selléri*, Job. 19. §. 15. *seggyver*, *seggyveri*. Gen. 27. §. 3.

In *Es*, *ös*, ut *Nemes* Nobilis, *erős* Fortis substantivè. *Persák erőssinek*, *és Medusók Nemessinek* Esth. 1. §. 3. *ös* *Avus*, *Atyáid és ösid* Exod. 10. §. 6.

In *T*, ut *Követ* Nuncius, *Kristus követi*. Paz. Conc. pag. 652. §. 6. *ölszét*, *ölszeti*.

In *Z*, ut *Vitéz*, *vitézi*. Job. 25. §. 3. *köz*, *közi*, *esköz*, *esközi*.

Quorum tamen nonnulla etiam priore modo in usum venire possunt, ut *Emberaim*, *kenyereim* &c. *Tetej* Vertex, divisâ diphthongo, *tetei* Exod. 26. cap. 4.

Vides tertiam personam pluralem rei possessæ, & singularem possessoris variè terminari. Nimirum Nominum desinentium in Vocale *m*, in *ai*, ut *Almái*, *ói*, ut *Hordói*, *ni*, ut *Sarui*, *ti*, ut *Elméi*, *di*, ut *Szérói*, *si*, ut *Gyárói*, & nominum desinentium in Consonantem in

*Jai*, *nyai*, *tyai*, *ai*, *gyai*, ut: *Rabjai*, *Aranyai*, *Pontyai*, *Urai*, *Kardgyai*. Sed occurrit difficultas de tertia persona plurali tam rei possessæ, quam possessorum.

E

Pro



Pro hac licet legerim exempla impressa, in quibus tertijs personis singularibus quoad possessorem, pluralibus tamen quoad rem possessam, solum litera *k* additur, ut *Labai* Pedes ejus, *Kezei* Manus ejus, *labai<sup>k</sup>* Pedes eorum, *kezei<sup>k</sup>* Manus eorum, ( sic sæpe utitur Valentinus Léppes. Vide præfat. ejus in Speculum moriturorum, pag. 3. idem habet *bh<sup>k</sup>neik* Peccata eorum, de Morte lib. 1. p. 222.) observaverimque nonnullos Ungaros sic loquentes; verumtamen pro meliore hujus sæculi stylo cum recentioribus scriptoribus melius facies, si has tertias personas rei possessæ & possessorum plurales, reddas voce similes tertijs pluralibus quoad rem possessam, & singularibus quoad possessores ut habetur pag. 59. & 60. & advertes ex subiectis exemplis.

*Res possessa in Plurali, & possessor in singulari desinentium in Vocale.*

## EXEMPLA

## PRIMÆ CLASSIS.

N. S. Almáim,	almáid,	almái.
	<i>Aliud.</i>	
N. S. Hordóim,	hordóid,	hordói.
	<i>Aliud.</i>	
N. S. Saruim,	sarúid,	sarui.

EXEM.

EXEMPLA  
SECUNDÆ CLASSIS.

N. S. Elméim, elméid, elméi; *Ingenia ejus.*  
N. S. Szeróim, szeróid, szerói; *Horrea ejus.*

*Aliud eorum, qua habent in themate ū.*

N. S. Gyűrűim, gyűrűid, gyűrűi. *Annuli ejus.*

*Res possessa & possessores in Plurali.*

EXEMPLA  
PRIMÆ CLASSIS.

Almáink,	almáitok,	almájok.
Hordóink,	hordóitok,	hordójok.
Saruink,	saruitok,	sarujok.

EXEMPLA  
SECUNDÆ CLASSIS.

Elméink,	elméitek,	elméjok.
Szeróink,	szeróitek,	szerőjok.
Gyűrűink,	gyűrűitek,	gyűrűjok.

*Et videtur quod horum terminatio frequentior sit in ōk.*

*Res possessa in plurali & possessor in singulari, desinentium in Consonantem.*

EXEMPLA  
PRIMÆ CLASSIS.

N. S. Rabjaim, rabjaid, rabja, *Captivi ejus.*  
E 2 N. S. Kar,



N. S. Kardgyaim, kardgyaid, kardgyai.  
 N. S. Urzim, uraid, urai.  
 N. S. Malmaim, malmaid, malmai.  
 N. S. Angyalim, Angyalid, Angyali.

## EXEMPLA SECUNDÆ CLASSIS.

N. S. Szemeim, szemeid, szemei. *Oculi ejus.*  
*Sic:* N. S. ökreim, ökreid, ökrei.  
 N. S. Csüreim, csüreid, csürei.  
 N. S. Vitézim, vitézid, vitézi. *Milites ejus.*

*Res possessa & possessores in Plurali.*

## EXEMPLA PRIMÆ CLASSIS.

Rabjaink, rabjaitok, rabjok.  
 Kardgyaink, kardgyaitok, kardgyók.  
 Uraink, uraitok, urok.  
 Malmaink, malmaitok, malmok.  
 Angyalink, Angyalitok, Angyalok.

## SECUNDÆ CLASSIS.

Szemeink, szemeitek, szemek, vel. ök.  
 ökreink, ökreitek, ökrök.  
 Csüreink, csüreitek, csürök.  
 Vitézink, vitézitek, vitézek.  
 Ab Itélet, itéletitök, apud Kaldi.

Promiscuè videtur posse esse usum terminationum tertiæ personæ in *ek*, & *ök*, ut *Nyel-*  
*vek*,

*vek*, Psal. 13. v. 3. & Psal. 54. v. 10. *lingvæ eorum*: & *nyelvök*, Job. 29. v. 10. *szemek*. Job. 19. v. 15. & cap. 19. v. 15. *oculi eorum*, & *szemök*, Job. 2. v. 12. Nisi quod Nomina, quæ in themate habent *ö*, vel *z*, usitatus habeant terminationem *ök*, ut *Csűrök* Genes. 41. v. 35. Sic: *szívek*, *szívök* Job. 17. *kezek*, Gen. 37. v. 22.

Hæc affixa etiam præterita seu Participia passiva recipiunt, tale est illud *Jer-bé Urnak áldotta*. Genes. 24. v. 31.

Etiam tertia persona Præteriti à Verbo *Vagyok* Sum, quæ est *volt* Fuit, assumit affixa hæc, ut *Voltom*, *voltod*, *volta*. & tunc transit in substantivum, & significat essentiam ut *a' dolog volta ez*, essentia rei hæc est.

Maximè verò plurimæ particule præpositionis partis id exigunt, idque tam conjunctæ, ut *Hoz*, ad, *hozzám*, *hozzád*, *hozzája*, *Tól*, à vel ab *tőlem*, *tőled*, *tőle*, ubi quidam *l*, duplicant.

Quam separata, ut *Előt*, ante *előttem*, *előtied*, *előtte*: desinentia in *t*, duplicant illud. *Után* post, *Utánnam*, *utánnad*, *utánna*.

Etiam cum fiunt composita, ut *Előttem járó* Præpositus, superior meus. *előtied járó*, *előtte járója*.

*Előtünk járó*, *előttestek járó*, *előttök járó*.

In Plurali: *Előtünk járók*, *előttestek járók*, *előttek járók*.



Jezraja az elötiök járó. Ezd. 2. 12. v. 41.

A potáruokok elötiök járója. Gen. 40. v. 9.

A seregek elötiök járói. Par. 1. c. 28. v. 1.

Meg-emlekezzeitek a' ti elötteiek járókról, Heb. 13.

& 7.

Ex his exemplis apparet in tertijs personis utramque compositi partem affixa recipere.

## APPENDIX

**H**abetur superius par. 2. cap. 2. § 3. Genitivos omnes significare aliquam possessionem: eandem regulam sequuntur Genitivi cum affixo personali utriusque numeri, ut *Uramé*, *Urainké*. His ergo Genitivis insuper eleganter additur affixum *k*, ut *Uramék*, *uraimék*, & habent hunc sensum. *Uramék*, id est, illi qui spectant ad meum Dominum, *uraimék*, illi qui spectant ad meos Dominos; *uradék*, Illi qui spectant ad tuum Dominum &c. Et sic alia plura.

### Pars Tertia.

## DE VERBO.

### CAPUT I.

De ijs Verborum accidentibus, quæ ad conjugandum necessaria sunt.

### § 1.

De modis, temporibus, personis, numeris, & conjugationibus in genere.

**M**odi Conjugationum sunt quinque, sicut apud Latinos: Indicativus, Imperativus, Optativus, Coniunctivus, & Infinitivus.

Tempora sunt quinque, Præsens, Præteritum imperfectum, Præteritum perfectum, Præteritum plusquamperfectum, & Futurum. Præteritum perfectum Indicativi est duplex; primum, commune; secundum, cuius usus est ornate in narrationibus, ideo dici potest historicum.

Præteritum plusquamperfectum est etiam duplex; primum, formatur ex Præterito perfecto, & particula auxiliari *vala*, & alterum similiter ex præterito, & voce auxiliari *volt*, de quorum altero non est, cur ulterius tractetur; cum sit idem cum priore, nisi quod verba auxiliaria sint alia, quæ non variantur in personis aut numeris.

Futurum non differt à præsentī, sed ut sciatur esse Futurum, adduntur illi alia particula; v. g. *Meg, osztan, azután* postea, *jövenlétben*, in Futuro; aut effertur per Infinitivum, cum verbo *fogok*, ut *fogok olvasni*, Legam. Futurum



turum tamen Coniunctivi Ungari habent proprium, ut patebit, cuius usus in communi sermone rarus est, in historicis, maxime sacris, frequens.

Personæ sunt tres; Prima, secunda, tertia. Personam primam conjugationis primæ, numeri singularis, in omnibus modis finitis Ungari dupliciter efferunt: ut *Látok, látak, látam, látalak, szeretek, szerellek; szerettem, szerettelek*, de priore tractabitur in ipsa Coniugatione prima; de posteriore specialiter in fine illius.

Persona tertia Præteriti primæ, numeri singularis, posita cum substantivo, transit in adiectivum participiale: ut *Hallott dolog, Audita res; olvassott pénz*, Numerata pecunia. Videntur tamen hæc magis esse tertiæ personæ verbi passivi, per Syncopen contractæ: & signum est duplex *tt*, in fine; esto in *ijs*, quæ in duas consonantes exeunt, non duplicetur, ut *Vért pénz*, cusa pecunia.

Tertia etiam persona Coniugationis secundæ, seu verbi determinati, numeri singularis, posita cum substantivo, transit in adiectivum. ut: *Isten adia ember*, Homo quem Deus dedit, *Ember sütette kenyér*, Panis, quem homo pinxit.

Numeri sunt duo: Singularis & Pluralis.

Coniugationes quatuor. Quia quadruplex est

est tantum diversitas flectendi verba per modos, tempora, personas, & numeros. prima est verborum activorum indeterminatorum, ad quam referuntur multa etiam neutra transitiva, & intransitiva.

Hæc ponitur pro prima, quia hæc à nulla formatur, & ab illa formantur secunda, & tertia.

Altera est activorum, ad certam rem determinatorum.

Tertia passivorum. Quarta neutrorum, quorum tertia persona singularis definit in *ik*.

## § 2.

### De radice Coniugationum.

**R**adix, seu fundamentum conjugationum est tertia persona cuiusvis verbi regularis primæ conjugationis, quam sic invēies: accipe quodcunque verbum inventum, v. g. in dictionario in tempore Præsenti, numero singulari, ut *Látok* Video. *Szeretek* amo. bice ultimam literam *k*, cum sua Vocali, manebit tertia persona *lát* videt, *szere* amat. In verbis Neutris quæ tertiam personam habent à *ik*, facies pro radice tertiam personam sitam, abjecto *ik*, ut *Jáztom* ludo, abjecto *m*, & Præcedente illud Vocali *o*, manebit *jázt*, hoc ultimum quidem est imperfecta persona tertia, E s quoad



quoad significationem, & completur addito *h*, *jatzik* ludit; sed pro radice est ita accipiendum.

Illa verò Neutra, quæ in præsentī in *h* desinunt, & tertiam habent in *en*, ut *leşzek*, inter Anomala computabuntur.

Hæc fundamenta formationum, seu radices, ut plurimum erunt monosyllabæ, ut *Lal* videt; *ad* dat; *al* stat: *art* nocet, *ert* intelligit, *ir* scribit, *il* occidit, *il* sedet, *bir* possidet &c.

Aliæ radices dissyllabæ, ut *Halgat* tacet, *szaret* amat.

Aliæ plurium syllabarum, ut *Ingadoz* agitur; *szovendex*, lætatur, quarum primæ personæ plerumq; sunt verba derivativa, aut composita ut *Munkálkodom* laboro: *szendefitem* tranquillo.

Aptissimè tamen hæc tertia personā ponitur pro radice formationum, quia brevissima est, & ferè in omnibus modis temporibusq; continetur. ob quam causam etiam Hebræi pro radice ponunt tertiam personam.

### § 3.

*De affixis, quæ tempora ac personas formant, addita radici.*

**O**mnis variatio per modos, tempora, & numeros, personasque fit ope affixarum certarum terminationum, quæ ideo affixæ vocabuntur.

Sunt

Sunt autem affixæ duplicia, quædam, quæ verbis præponuntur partim conjunctim, partim separatim, & rectius præfixa dicerentur, talia sunt *hozzá*, ad; *kiótl* aforis: *belöl* intrinsecus, *elöl* ante, *bátul* retro, *környél* circum, *meg*, quod ultimum si separatim scribatur, conjungitur verbo transversâ lineolâ.

Quæ verò conjunctim præfiguntur, sunt *bé* in: *ki* ex; *el* ab: *le* de: *fel* sursum. Et hæc communiter suam significationem verbo uniunt, ut *hozzá megyek* adeo illum, *kiótl járok* foris ambulo, *belöl nézek* ab intro aspicio, *elöl megyek* ante eo, *bátul megyek* post eo, *környél nézek* circumspicio, *bé-megyek* intro, *ki-megyek* ex eo, *le-megyek* descendo, *fel-megyek* ascendo.

Non tamen ita præponuntur, ut non ali quando postponi possint, aut exigant: Nam *meg*, in Futuro indicativi ferè præponitur, estq; plerumque signum futuri; ut *meg-cselekszem* faciam. licet etiam in alijs temporibus inveniantur; ut *meg-cselekedtem* feci; at in futuro Imperativi postponi vult, ut *cselekedd-meg* fac: quod idem fit etiam cum alijs præfixis conjunctis, ut *Menny-el* abi: *menny-fel* ascende, sed tunc separatim ponuntur, interjectâ lineolâ, ut *Jő-el* veni.

Affixæ quæ formant tempora, personas, & numeros, ponuntur in tabellis affixorum ante singulas Conjugationes.

Hic



Hic solum adhuc nota, debere te etiam in Conjugationibus observare duas illas vocalium classes, quæ assignatæ sunt in Nominibus. Nimirum Primæ classis *a, o, u, aj, seu ay*. Hæc etiam in affixis petunt jam *a*, jam *o*, jam *u*.

Secundæ classis *e, i, u, ej, seu ey*.

Hæc petunt in affixis *e, i, u*, & subinde *i*.

Exempla primæ classis: *Adok* do, *ád dát*: at-  
*tam*. *szólók* loquor, *szól* loquitur, *szóloitam*. *futok* curro, *fut* currit, *futottam*. *bajtok* pello, *baji* pellit: *bajtottam*.

Secundæ clas. *Szeretek* Amo, *szerez* amat, *szereztem*. *ülök* sedeo, *ül* sedet: *ölök* mactō, *öl* mactat. *Eytek* facio cadere, *Eyt* finit labi.

Quæ habent *i*, partim sunt Primæ classis, ut *Sir* flet, *vij* certat, *nyit* aperit, *úsit* oscitat.

Partim secundæ, ut *teszitek* extendo, *teszít*.

Nota secundò pro tertia persona modi Indicativi, Numeri singularis, temporis Præsentis, quæ est radix formandi alia tempora sæpe contingere, ut abjectis abjiciendis ex prima persona, remaneant in fine duæ consonantes conjunctæ, v. g. *Szólok*, *szóllasz*, *szóll*. tali casu ante affixum a consonante incipiens, assumes literam in prima classe *o*, aut *a*, nimirum *a*, in secunda persona singul. præsentis & imperfecto Optativi, & imperfecto Conjunctivi, ac in Infinitivo, ut *Szól*, *szóllasz*, *szollanék*, *szollani*.

Sic

Sic *Artok* Nocco, *ártasz* Gen. 21. 23. *árt*, *ártanék*. *Allok* Sto, *állasz*, Gen. 24. 31. *ál*, *állanék*. *Tartok* teneo, *tartasz* Gen. 38. 18. *tart*.

Hæc sequuntur ea verba, quæ in themate desinunt in *t*, præcedente vocali acutâ, ut *Bocsátok* mitto, *bocsátasz*. Job. 7. 19. *bocsát*, *bocsátanék*. *Tanítok* doceo, *tanítasz*, *tanít*, *tanítanék*. *Taszítok* trudo, *taszítasz*, *taszít*, *taszítanék*, *taszítani*. Sic *Fordítok* verto, *ordítok* rugio.

Excipe ea, quorum thema terminatur in has duas consonantes *sz*, quæ non assumunt intermedium vocalem ut *Halászkok*, *halászfz*, *balászfz*, *píscor*.

Alibi, hoc est in secunda persona præsentis numeri Pluralis, præteritis perfectis primis, venit in affixo, ut *Szóllotok*, *szólottam*, *ártotok*, *ártottam*, &c.

In secunda Classe assumitur Vocalis *e*, ut *érzek* sentio, *érzefz*, Paz. pag. 600. 11. *érez*. *Tekentek* intueor, *tekentefz*, *teként*. *önlök* fundo.

Nota tertio, esse quædam Verba, quæ tertiæ personæ non possunt constituere delectis tantum ex Verbo primæ personæ ultimâ consonante, cum antecedente eam Vocali. Talia sunt *Arányzok*, *könyörgök*: *szerezek* &c. nam delectis *ök*, & *ek*, non subsistent hæ tertiæ personæ *arányz*, *könyörg*, *szerez*, in his & similibus utere Metathesi, vocalem transferendo sic: *Könyörgök*, *könyörgesz*, Job. 8. 5. *arányozsz*, Gen. 41. 15. *arányoz*, *könyörgö*. CA



**CAPUT II.**  
**Tabella continens affixa.**

PRIMÆ CLAS. Indicativi modi temp<sup>o</sup> præsens,

N. S.	ok	sz	Per se
N. P. 1.	ünk.	2. tok	3. nak.

Præteritum perfectum primum, &

N. S.	tam.	tál,	ot
N. P.	tünk.	tatok.	tak, vel tanak.

Præteritum perfectum secundum,

N. S.	ék	ál	a
N. P.	ánk,	átok,	ának.

Imperativi præsens, & Futurum.

N. S.	Caret.	Per se, vid. p. 87	on.
N. P.	ünk.	atok.	anak.

Optativi præsens, & imperfectum,

N. S.	nek,	nál,	na.
N. P.	nánk,	nátok.	nának.

Optativi Futurum,

N. S.	ak,	Sicut in Imper.	on.
N. P.	ünk,	atok.	anak.
Conj. N. S.	andok.	andasz,	and.
Fut. N. P.	andíenk.	andotok,	andanak.

CON-

**CONJUGATIO I.**  
**PRIMÆ CONIUGATIONIS.**

Imperfectum, & Futurum. 2. CLAS.

N. S.	ek,	sz,	Per se
N. P.	ünk.	tök. tek	nek.

Plusquamperfectum Indic. Optat. & Conj.

N. S.	tem,	tél,	et.
N. P.	tünk.	etek.	tek, vel tenek.

Seu historicum Indicativi tantum modi.

N. S.	ék,	él,	e.
N. P.	énk.	etek.	ének.

Sive modus Mandat. vide inf. p. 87, Not. 2.

N. S.	caret,	Per se,	en.
N. P.	ünk.	etek.	enek.

Et Coniunctivi imperfectum.

N. S.	nek,	nél,	ne,
N. P.	nénk.	nének.	nének.

Et Præsens Coniunctivi.

N. S.	ek,	Sicut in Imper.	en,
N. P.	ünk.	etek.	enek.
N. S.	Endek,	endesz.	end.
N. P.	Endünk,	endetek.	endenek.

PR-



## § I.

EXEMPLUM  
PRIMÆ CLASSIS.

## Indicativi modi

N. S. Olvasok,	olvassz,	olvas.
Lego,	legis,	legit.
N. P. Olvasunk,	olvassék,	olvassanak.

## Præteritum

Olvasok vala,	olvassz vala,	olvas vala.
Legebam,	legebas,	legebat.
Olvasunk vala,	olvastok vala,	olvassanak vala.

## Præteritum perfectum

Olvasam,	olvastál,	olvast.
Legi,	legisti,	legit.
Olvasunk,	olvastatok,	olvasták, vel ol- vastának.

## Præteritum perfectum

N. S. Olvasék,	olvastál,	olvasta.
N. P. Olvasunk,	olvastátok,	olvasták, vel ol- vastának.

## Præteritum

Olvasam volt, vel vala,	olvastál volt,	olvastat volt.
Legeram,	legeras,	legerat.
Olvasunk volt,	olvastatok volt,	olvastak, vel ol- vastanak volt.

CON

CONJUGATIONIS I.  
SECUNDÆ CLASSIS.

## Tempus præsens.

N. S. Szeretek,	szeretsz,	szeret.
Amo,	amas,	amat.
N. P. Szeretünk,	szerettek,	szeretnek.

## Imperfectum.

Szeretek	szeretsz,	szeret vala.
Amabam,	amabas,	amabat.
Szeretünk,	szerettek,	szeretnek vala.

## Primum.

Szerettem,	szerettél,	szeretet.
Amavi,	amavisti,	amavit.
Szerettünk,	szerettetek,	szerettek, vel szerettének.

## Secundum.

Szereték,	szeretél,	szerete.
Szerettünk,	szerettetek,	szerettek, vel sze- tének.

## Plusquamperfectum.

Szerettem volt, vel vala,	szerettél,	szeretet.
Amaveram,	amaveras,	amaverat.
Szerettünk volt, vel vala,	szerettetek,	szerette- nek.

F

Futu-



## Futurum.

*Vide Futurum conjugationis secunda  
particula meg sensum*

Imperativi modi tempus præsens.

N.S. Prima caret. olvas, lege. olvasson, legat.

N. P. Olvasítsunk, olvasítsatok, olvasítsanak.

Futurum sive

*Sicut præsens postposito auxiliari meg,  
Unde Olvasi-meg te, olvasson-meg,  
audies, nisi cum his Accusativis*

Optativi modi

Vajha olvasnék, olvasnál. olvasna.

Utinam Legerem, legeres, legeret.

Vaiha Olvasnánk, olvasnátok, olvasnának.

Præteritum perfectum

Nam illa in principiis Olvasbátunk, Szerethetnék.

Præteritum

Vajha Olvasám, olvasál, olvasot volna.

Legissem, legisse, legisser.

V. Olvasítsunk, olvasítsatok, olvasítsak, l. tanak v.

Legissemus, legissetis, legissent.

Futurum formatum ab

Cum hogy Olvasjak, olvas, olvasson.

Ut Legam, legas, legat.

Olvasítsunk, olvasítsatok, olvasítsanak.

Alias cum utinam uteris pro eo Futuro  
Futu

## Futurum.

*Nam proprie eo spectat, quia auxiliaris  
determinat.*

Quomodo Imperativus formatur vid. p. 87.

N.S. Prima caret. szerez, ama. szerezzen, amet.

N.P. Szerezítsunk, szerezítsetek, szerezítsenek.

Modus mandativus.

*Cujus virtute etiam transit potius in 2. Conj.*

Et szerez-meg te, szerezzen-meg amaz, vix  
engemet, tégedet, minket, titeket.

Tempus præsens, & imperfectum.

Vajha szeretnék, szeretnél, szeretne.

Utinam Amarem, amares, amaret.

Vajha Szeretnénk, Szeretnétek, Szeretnének.

Optativi, sicut Plusquamperfectum

Sunt à Verbis Potencialibus, de quib<sup>9</sup> c. 3. § 3.

Plusquamperfectum.

Vajha szerettem, szeretnél, szeretet volna.

Utinam Amavissem, amavisses, amavisset.

V. Szerettünk, Szerettétek, Szerettek, l. tenek v.

Utinam Amavissemus, amavissetis, &c.

Imperativo additis affixis ex Tabella.

Hogy Szerezsek, szerez, szerezzen.

Ut Amem, ames, amet.

Szerezítsunk, szerezítsetek, szerezítsenek.

Præsentis Optativi, v. g.

Vajha szeretnék,

F 2

Con-



Conjunctivi modi tempus præsens.

N. S. *Mikor Olvassak, olvas, olvasson.*

Cum Legam, legas, legat.

*Mikor Olvassánk, olvassatok, olvassanak.*

Pro hoc Præsenti Conjunctivi

V. G. Quid me turbas cum scribam.

Præteritum imperfectum

*Mikor Olvasnék, olvasnál, olvasna.*

Cum Legerem, legeres, legeret.

*Mikor Olvasnánk, olvasnátok, olvasnának.*

Cum Legeremus, legeretis, legerent.

Præteritum

*Olvastam legyen, olvastál legyen, olvast legyen.*

Cum Legerim, legeris, legerit.

*Olvastunk legyen, olvastatok legyen, olvastak, vel olvastanak legyen.*

Sic habet *Loptunk legyen.* Gen. 44. §. 8.

Præteritum

*Mikor Olvastam volna, olvastál volna, olvast volna.*

Cum Legissem, legisse, legisset.

*Mikor Olvastunk volna, olvastatok volna, olvastak v.*

Cum Legissemus, legissetis, legisset.

Futurum.

*Mikor Olvasandok, olvasandasz, olvasand.*

Cum Legero, legeris, legerit.

*Mikor Olvasandunk, olvasandotok, olvasandának.*

Cum Legerimus, legeritis, legerint.

Infinitivi modi tempus

*Olvasni, Legere.*

Sicut Futurum Optativi cum *mikor.*

N. S. *Mikor Szeressék, szeress, szeressen.*

Cum Amem, ames, amet.

*Mikor Szeressünk, szeressetek, szeressenek.*

Modi licet uti præsentis Indicativi

*Mit háborgatz mikor írok.*

Sicut in Optativo, cum *Mikor.*

*Mikor Szeretnék, szeretnél, szeretne.*

Cum Amarem, amares, amaret.

*Mikor Szeretnénk, szeretnétek, szeretnének.*

Cum Amaremus, amaretis, amarent.

Perfectum, cum auxiliari *legyen.*

*Szerettem legyen, szeretél legyen, szeretet legyen.*

Cum Amaverim, amaveris, amaverit.

*Szerettünk legyen, szerettetek, szerettek, l. szerettének.*

*Mit szól így a mi Urunk, hogy a te szolgálid ily nagy vétet cselekedtek legyen.* Gen. 44. §. 7.

Plusquamperfectum.

*Mikor Szerettem volna, szeretél volna, szeretet v.*

Cum Amavissem, amavisses, amavisset.

*Mikor Szerettünk volna, szerettetek v. szerették v.*

Cum Amavissemus, amavissetis, &c.

Futurum.

*Mikor Szeretendek, szeretendesz, szeretend.*

Cum Amavero, amaveris, amaverit.

*Mikor Szeretendünk, szeretendetek, szeretendének.*

Cum Amaverimus, amaveritis, &c.

Præsens, & imperfectum.

*Szeretni, Amare. F 3 Præ-*



**P**raeteritum perfectum & plusquamperfectum Infinitivi melius efferunt Ungari per modos finitos, ut Vidi te bibisse vinum, vidi quod biberis vinum, *Láttalak, hogy bort ittál.*

Futurum formari potest ex Futuro Coniunctivi, v.g. *Olvasandók, olvasandani, szeretendék, szeretendeni*; sed & hoc usitatus est per Infinitivum *Olvasni*, & auxiliare verbum *fogok*, cuius tamen usus etiam non est obuius, Gerundia & Supina aliter supplentur. vid. par. 4. c. 2. § 2.

Participium praesens *Olvasván*, vel *olvasó, szeretvén*, vel *szerető*.

Participij Futurum, à Futuro Coniunctivi *olvasandó*, lecturus. *Szeretendő*, amaturus. Potest etiam dici *olvasó, szerető lélek*.

Nota 1. pro Praeterito perfecto. Cum affixum huius temporis incipiat à consonante, quando tertia persona singularis, temporis praesentis Indicativi terminatur in duas consonantes, ut *Hall*, Audit. *szánt*, arat, *küld* mittit, &c. ne concurrant tres consonantes, assumes ante affixum vocalem *o*, pro prima classe, & pro secunda *e*, utramque cum litera *t*, seu *ot*, aut *et*, ut *ballottam*, audiui. *szántottam*, aravi. *küldöttem*, misi.

Idem exigunt etiam illa, quorum tertia persona desinit in *t*, praecedente vocali acutâ, ut *Tanít*, *taszít*, *fordít*, *ordít*, *haszonlít* & similia, quae Val.

Val. Léppes scribit per *é*, ut *Tanítom: tanítottam*. Sic *vét*, *fut &c.* aut cum praecedat Diphthongus *ay*, *ey*. ut *hayt*, *eyt*. *haytottam*, *eytettem*.

Nota 2. pro secunda persona Imperativi (& quae inde formantur, Futuro optativi ac praesentis Coniunctivi) quod exigit fortiore finis syllabae pronuntiationem, quae proinde roborari debet.

Cum ergo radix possit desinere in quamcunque ferè consonantem, hæc observabis.

Verba, quorum tertia persona singularis exit in *b*, *g*, *j*, consonantem, *k*, duplex *ll*, *m*, *p*, *r*, pro secunda persona Imperativi assumunt *j*, ut *szab*, *szabj*. *hág*, scandit, *hágj*, scande: *váj*, cavat, *vájj*. *rák* ponit *rákj*: *ball*, audit, *ballj*. *ál* stat, *állj*: *nyom* premit, *nyomj*: *terem* fructum fert, *teremj*: *lop* furatur, *lopj*: *harap* mordet, *harapj*: *lép* graditur, *lépj*: *tép* velliciat, *tépj*: *var* suit, *varj*: *mar* mordet, *marj*. *vakar* fricat, *vakarj*: *jár* ambulat, *járj*: *tér* redit, *térj*: *vér* percurrit, *verj*, sic & monosyllaba in *ö*, ut *nő* crescit, *nőj*: *sző* texit, *szőj*.

Terminata in simplex *l*, & *n*, eas literas duplicant & assumunt *y*, ut *szolgál* servit, *szolgállj*; *hajol* inclinat se, *hajolly*: *fél* timet, *felly*; *gyűlöl* odit, *gyűlöly*. *öszöl* canescit, *öszölly*: *von* trahit, *vonny* trahe.

Terminata in *d*, assumunt *g*, cum *y*, ut *ád* dat, *adgy* da: *széd* colligit: *szedy* collige.



Terminata in *gy*, assumunt *d*, ante *gy*, ut *hagy* relinquit, *hadgy* relinque.

Terminata in *s*, *z*, eas literas duplicant, *ás* fodit, *ásf* fode: *oltalmaz* defendit, *oltalmazs* defende: *őröz* custodit, *őrözs* custodi.

Terminata in *t*, præcedente *a*, vel *o*, *u*, *ü*, assumunt *s*, & suum *t*, mutant etiam in *s*; *mutat*, ostendit; *mutats* ostende: *szeret* amat, *szerets* ama: *süt* pinfit, *süts* pinse, *süt*, *süts*, *halgat* auscultat, *halgats*.

Præcedente *e*, *i*, consonante, diphthongo, assumunt tantum *s*, & *t*, non mutant, ut *Vet* peccat, *vets* pecca: sic *fordit*, vertit, *fordits*, *álit* putat, *álits*: *szánt*, *szánts*: *tart* tenet, *tarts*: *gyűjt* congregat, *gyűjts*; *hayt*, *hayts*; *eyt*, *eyts*.

Nota 3. pro Verbis, quæ in tertia persona singulari, præsentis Indic. amant Metathesin, ut sunt *arányozok* collimo, *bomlok* collabor: *éneklek* canto, *érdemlek* mercor; *érzek* sentio, *hajlok*, inclino me; *mosolygok* subrideo, *őrzek*, custodio, *országlok*, regno; *pörölk*, litigo; *romlok* corumpor; *törölk*, tergo; *szerezek*, procuro, &c. ut *Arányoz* &c. Hæc servant Metathesin in Imperativo, & illis temporibus, quæ ab illo formantur, ut *Futur*. Optat. & præf. Conj. ut *Arányozsz*, collima; *hogy*, *arányozzak*, ut collimem.

Sic *Könyörögj*, ora: *Lev. 9. v. 7. könyörögjön* oret, *el-töröllek* benereket, *Exod. 33. v. 5.*

Et se-

Et ferè etiam in 2. & 3. pers. Indic. temp. Præf. ut *könyörögtek*, *könyörögnek*: *éreznek* Paz. Conc. pag. 707. *romolnak* pag. 725. *érdemelnék*, pag. 700. & *érdemlenék*, p. 699.

In præteritis usitatus collitur Metathesis, ut *Könyörögöttem*, Pazm. Conc. pag. 647. *éneklestem* pagin. 648. *el-törölttem*, Delevi, sic etiam *országoltam*.

In Præt. secundis similiter, *könyörge* Gen. 25. v. 21. *éneklé*. Exod. 1. v. 51.

In Præt. imperfectis Optativi, & Coniunctivi, infinitivo utroque modo invenies, *Hogy* *el-törlené* öket a földről Exod. 32. v. 12. *Hogy* *ke-szergené* őket. Gen. 23. v. 2. *könyörgene*, Gé. 42. v. 21.

*Könyörögni* Pazm. sæpius. *szerezni* pag. 578. & *szerezni* idem.

*Nemzek*, *nemzesz* Deut. 28. v. 41. *nemz* Genes. 17. v. 20. non est Metatheticum, sicut nec *teremtek*.

## § 2.

*Alter modus primarum personarum huius Conjugationis.*

**P**Rædicta forma primarum personarum non utimur, quando prima persona singularis alloquitur secundam cuiuscunque numeri, ita, ut in Accusativum casum veniant Pronomina *Tegedat*, te; *titeket*, vos; sed semper

F s



per Verbum primæ Claf. terminatur in *lak*, & secundæ in *lek*. Conjugaturque tale Verbum etiam per omnes modos finitos, & tempora, quæ formantur à prioribus, ut dicetur, & sic formata serviunt pro utroque numero, v. g.

Indic. præfens, Imperf. & Futurum.

*Olvaslak*, lego te, ab *olvasok*, *ok* in *lak*.  
*Szeretlek*, amo te, à *szeretek*, *ek* in *lek*.

Perfect. Plusquam perf. Indic. Opt. Conj.

*Olvaslak*, legi te, ab *olvaslam*, *m*, in *lak*.  
*Szerettelek*, à *szerettem*, *m*, in *lek*.

Futurum Optat. & Præfens Conjunct.

*Hogy Olvaslak*, ab *olvasok*, *k*, in *lak*.  
*Hogy Szeretlek*, à *szeretek*, *k*, in *lek*.

Præteritum secundum.

*Olvasalak*, legi te, ab *olvasék*, *ék* in *alak*.  
*Szereték*, à *szereték*, *k*, in *lek*.

Futurum Conjunctivi modi.

*Olvasandlak*, ab *olvasandok*, *ok* in *lak*.  
*Szeretendlek*, à *szeretendek*, *ek* in *lek*.

Infinitivo & Participijs caret.

### CAPUT III DE CONJUNGAT. SEC. seu Verborum determinatorum.

§ I.

#### § I.

*Quædam prænotanda.*

Veniunt hoc titulo Verba activa, subinde etiam neutra, determinata ad certam rem.

Affixa hæc Conjugatio habet diversa à priore, etiam in iisdem Verbis, ea tamen affiguntur eidem omnino radici, cui priora.

In hac Conjugatione affixa tertiæ personæ numeri singularis, modi indicativi, temporis præfentis, & qui inde pendet, totus numerus pluralis facient tibi laborem.

Item affixa totius Imperativi. Sed pro imperativo vide dicta pag. 87. sic enim formatæ secundæ personæ addes affixa ex tabella sequenti. Et pro præterito vide pag. 53. in fine, & seq. ferè enim idem modus hic servatur, verum quia in præterito modicè receditur, ideo pro illo habe sequentia.

Ergo verba, quorum radix, seu tertia persona singularis exit in literas *b, g, j* consonantem, *k, m, p, r*, assumunt affixum *ja*, in prima classe, ut *Szab*, *szabja*: *bág*, *bágja*, *váj*, *vájja*, *rüg*, *rügja*: *rak*, *rakja*, *nyom*, *nyomja*: *lop*, *lopja*: *vár*, *varja*.

Definentia in *l*, assumunt *lya*, ut *aszalom* exsicco, *aszallya*; nisi in radice jam habuerit duplex



plex *l*, tunc non assumunt aliud *l*, ut *hall*, audit, *hallya*.

Desinentia in *n*, assumunt *nya*, ut *Von*, trahit; *vounya*; *kíván*, *kívánnya*.

Desinentia in *d*, assumunt *gya*, ut *ád*, *adgya*, *zapod*, *zapodgya*, *okád*, *okádgya*, *szid* increpat, *szidgya*.

Terminata in *gy*, ante *g*, assumunt literam *d*, & in fine *a*, in prima classe, ut *hagy* relinquit *hadgya*.

Terminata in *s*, *sz*, *z*, assumunt *a*, & has consonantes duplicant, ut *ás* fodit, *ássá*, *balász* piscatur, *balászsza*; *oltalmaz* defendit, *oltalmazza*.

missio casu conveniunt, ut *Kié ez a' könyv,* Cujus est hic liber? *enyim,* meus. Notandum tamen hic, aliquando responsionem fieri solo ver-

bo &

bo & nullo casu: tunc si præcessit verbum indeterminatum, respondebis verbo indeterminato, seu primæ conjugationis: ut *Tudczé leczket? Scisne lectionem? tudok,* scio. *Tudczé deákul? Scisne Latine? tudok,* scio. Si verò in interrogatione verbum est determinati sensûs, etiam verbum in responsione erit determinatum, ut *Tudodé a' leczkédet? scisne lectionem? tudom,* scio.

§) \* \* \* \* \*

#### CAPUT II.

### DE PROPRIA VERBORUM Constructione.

#### § 1.

##### De Constructione verbi Activi.

**V**erbum activum regit post se casum Accusativum: ut *Irok levelet,* Scribo literas.

Hic animadvertite, quod si Accusativus verbi sit res aliqua determinata, juxta dicta p. 93. te debere uti verbo habente affixa secundæ conjugationis: ut *Irom ezt a' levelet,* scribo has literas.

**V**erba dandi, reddendi, committendi, declarandi præter Accusativum, habent etiam Dativum casum, ut *Adok néked köny-*

vet;



vet; Do tibi librum. *Vizsza adom a' pénzede*  
 Reddo tibi pecuniam tuam: *Ajánlom néked az*  
*én tanítványomat*, Commendo tibi discipulum  
 meum. *Magyarázom néked az írást*, Explico tibi  
 scripturam.

Alia verba, quæ apud Latinos præter casum  
 Accusativum, etiam alios casus admittunt, ut  
 sunt: accusandi, damnandi, absolvendi, monendi,  
 emendi, vendendi, docendi, vestiendi, exuendi,  
 petendi, auferendi, privandi, interrogandi &c.  
 casus illos alteros efferunt beneficio affixæ præpo-  
 sitionis illius, in quam casus ille resolveri  
 ferè possunt: nam aliqua salvâ Latinæ sermonis  
 lege, Latinè in eas præpositiones, & casus  
 resolveri nequeunt: porro præpositio quæcun-  
 que affigitur vocibus in recto sumptis cu-  
 jusvis numeri.

Verbi gratiâ: Verba accusandi, monendi,  
 casum Latinum alterum, seu rei efferunt cum  
 sequentibus affixis *ról*, *ról*, *rúl*, *rúl*, quæ Latinè  
 significant de, ut *Joseph bé vádolá a' battyaitól-  
 láte gonosz búnról*. Gen. 37. 2. *Intlek erról*, mo-  
 neo te de hoc.

Verbum demonendi easdem præpositiones  
 habet, sed aliâ significatione, nimirum *a*, vel *ab*,  
 ut *Le intlek arról*, demonéo te ab ea re.

Verba damnandi, æstimandi, docendi ca-  
 sum rei efferunt cum affixis *ra*, *re*, ut *Igen rút bá-  
 látra kárhoztassák őtet*. Sap. 2. 20.

*A' men-*

*A' mennyit érhet, annyira bűnháltessek*. Lev. 27.  
 17. *Tudgyátok hogy tanítottalak titeket a' paran-  
 solatokra, és igazságokra*. Deutr. 4. 5. 5.

Verba vestiendi, ornandi, volunt habere ca-  
 sum rei cum affixis *val*, *vel*, cum variatione li-  
 tæ *v*, juxta dicta pag. 135.

*Bőrrel és hússal ruháztál-meg engem*. Job. 19.  
 11. *Pelle & carnibus vestisti me*.

Sequentia verba vestiendi, *öltöztöm*, *öltöm*, *öl-  
 töztetők*, *övedzem*, ferè intransitiva sunt & Neu-  
 tra apud Ungaros, & beneficio affixæ præposi-  
 tionis *bá*, vel *be*, in casus transeunt, ut *Dicsé-  
 retbe és ékezetbe öltöztél*. Psal. 103. 5. 2.

At verba eorum mandativa transitiva sunt,  
 & cum eodem affixo, ut *A' fiai-is öltöztetd gyödes  
 köntösökbe, és övedzed bé az övel*, Exod. 29. 5. 8.

Verba exuendi *Ki öltöztöm*, *ki vetkőztöm*, exuo  
 me, similiter Neutra sunt, & intransitiva, quæ  
 beneficio affixi *ból*, *ból*, *búl*, *búl* in casus transe-  
 unt, ut *Ki öltözték az ő özevességé ruháiból* Judith.  
 10. 5. 2.

*Vetkőztél-le Jerusalema a' siralomnak hosszú ru-  
 hából*. Baruch 5. 5. 1.

At horum Mandativa fiunt quoque transitiva,  
 & præter Accusativum habent alterum casum  
 cum ipsdem affixis, ut *Vetkőztetd-le őtet*, fac exui  
 illum, vel exuas illum.

Verba absolvendi, liberandi, auferendi, pri-  
 vandi, petendi, præter Accusát, petunt alium  
 casum







effertur Infinitivo cum affixis Pronominibus personalibus, & verbo *kell*. Ut moriendum tibi est, *Meg-kellhatnod*, vide pag. 130.

Supina in *um* Infinitivo efferuntur, & suorum verborum casus habent, ut *Eo* sectum ligna, *Fát vagni meggyek*. Ligna secare eo.

Supina in *U*, circumscribuntur verbali nomine, & affixo *ra*, vel *re*, ad: ut *Dignus amata Melió a' szeresetre*.

## § 3.

## De Constructione verbi Passivi.

**V**erbum passivum ex sola terminatione non dignoscitur ab alijs verbis, sed ex interjectis quibusdam literis passivæ vocis formativis, de quo vide suprap. 103. Sed etiam, si convenit cum mandativis: nam *olvasztatom* lego, & *olvasztatom*, mando legi, voce conveniunt: differentiam ergo certam accipe ex sensu; deinde etiam conjugationis alterius affixa habet passivum, alterius Mandativum.

Verbum passivum habet post se casum Ablativum, ut *Auferetur à vobis regnum DEI*, *Elvételtek ti tőletek az Isten országa*.

Si verbum activum præter Accusativum habuit alium casum, sive per se, sive beneficio præpositionis, habebit etiam passivum: ut *Auferetur à vobis regnum DEI*, & dabitur genti facienti fructus ejus, *Elvételtek ti tőletek az Isten országa*.

*szága, és adatik az ő gyümölcsét hozó nemzetnek. Et benefic. præpos. Az ember a' munkára szellettetik, és a' madár a' röpülésre. Job. 5. 7. 7.*

## § 4.

## De Constructione verbi Neutri.

**V**erba Neutra aliqua ponuntur absolute, ut *'Elek vivo; ülök sedeo*: Aliqua habent Dativum, ut verba favendi, juvandi, serviendi: ut *Kedvezek néked*, *Faveo tibi*, *Szolgálók néked*, *Servio tibi*.

Quædam habent Accusativum casum, ut *Bort iszom*, vinum bibo. *Húst eszem*, carnem comedo. *Pallyát futok*, in stadio curro.

Aliqua autem beneficio præpositionum casus habent, quarum aliæ Ablativo Latino aliæ Accusativo gaudent: quæ præpositiones jam conjunctim affiguntur nomini: ut *Emlekezem Istenből*, meminini DEI, *Vízre szorúltam*, adactus sum ad aquam, bibendam scilicet: jam separatim, ut *székolkódom ruházat nélkül*.

Notabilis tamen est observatio circa verba *Lészek, tészek, válom, választom, teremtem*, & similia, quæ quando significant quandam transmutationem petunt casum cum affixis *vá, vé*: ita, ut litera *v*, subeat mutationem in literam præcedenti se similem, vide pagin. 135. ut *A' viz borrá vált*, Aqua facta est vinum: præcedente vocali integra manent; ut *Hammová lészek*.



szánk, siemus ciuis, præcedente y, antecedente  
illud consonans geminatur, Farkas baránnya várt.  
Lupus agnus factus est. Sic Királya kenek Do-  
vidor. 2. Reg. 5. v. 3. Felfutá, és aszfalyon-  
latta teremé őket, Gen. 1. v. 27.

Quæ apud Latinos Communia, aut Depo-  
nenda verba sunt, ea apud Ungaros referuntur  
partim ad Activa, *Puszitot*, Depopulor: par-  
tim ad Neutra, ut *Hizelkedem*, Adulor. Quæ-  
dam de Neutris jam sub Activis dicta sunt, Vi-  
de pag. 73. 74.

5.

*De Constructione Impersonalium.*

**Q**Uædam verba Impersonalia absolute pronuntur, ut *Eſik*, Pluit; *willámlik*, fulgurat.

Quædam Nominativum expresse habent ante se, ut *Hó esik*, Ningit; *jég esik*, grandinat; *meny dörög*, tonat.

Quædam præter Nominativum aperte, vel occultè positum, habent Dativum, ut *Tecum nêkem*, placet mihi.

Quædam Accusativum, ut *Tegedet illos*, ad  
spectat.

Quædam cū affixa præpositione casum ejusdem habent, ut *Ilk a kerefzyentéz mertekelestes élui*; decet Christianum temperatè vivere.

CAPUT III.

DE COMMUNI VERBORUM  
Constructione.

*Quies in loco.*

**N**on est eadem respondendi ratio apud Ungaros ad interrogationes *Hol*, ubi, *honnét*, unde; *bova*, quò? attendendum est verò ad rationem non solum Nominum proprium & appellativorum, sed etiam ad terminationem, & ad vocalium classes, maxime autem ad consuetudinem.

ad consuetudinem.  
Si igitur interrogatio fiat per Adverbium  
*Hol?* ubi. Etiam nomina propria locorum va-  
riè efferruntur v. g. aliqua primariorum Urbi-  
um efferrunt casu Ablativo cum affixo *ban*,  
ut *vel ban*, ut Ubi eras, *hol vóltál?* Romában, Ro-  
mæ, *Constancinopolban*, Constantinopoli; *Bécsben*,  
Viennæ. *Szombatban*, Tyrnaviæ; aliqua verbò  
etiam propria Civitatum petunt affixum *n*,  
præcedente accentu, ea sunt quæ desinunt in  
vocale, ut *Nitrán*, Nitriæ; *Bészterczén*, Bi-  
striciæ. aliqua *on*, vel *en*; ea sunt, quæ desi-  
nunt in consonantem, ut *Csanád*, Csanadinum  
*Csanádon*. *Galgócz*, Galgocizium, *Galgóczon*. *Kör-  
mend*, Kõrmendinum, *Kõrmenden*. Sic *Fileken*, Fi-  
lekini, &c. Aliqua



Aliqua etiam *z*, cum, aut sine præcedente vocali, ut *Ungvár* Ungvarini, *Győr* Jaurini, *Féjervárt* Albæ, *Eperjes* Eperjesini. Quæ plerumque sunt ad distinctionem aliorum locorum, sic, dicitur *Nitrán* Nitriæ ad distinctionem fluvij ejusdem nominis. *Féjervárt* Albæ, ad distinctionem arcis, & similia. Respondebis ergo ad interrogationem *Hol vóltal*, ubi fuisti? si nomine urbis, oppidi, pagi utaris, *vóltam* *Rómában*, *Bécsben*, *Nitrán*, *Győr*, &c.

Si autem nomine Regnorum, provinciarum, insularum respondere velis respondebis nomine cum affixis *ban*, vel *ben*, seu casu cor. respondente Ablativo Latino cum præpositione *in*, ut *Hol vóltál?* *Magyar országbán*, *Ausztriában*, *Cyprus szigetiben*.

Si respondendum erit nomine aliorum locorum, debes distingvere inter locum in quo, aut circa quem, aut super quem: Nam si vis respondere nominando locum in quo adhibebis affixa *ban*, & *ben*, ut *A' házban vóltam*, In domo fui. *A' szőlőben vóltam*, In vinea fui. Si vis nominare locum super quem, uteris affixo *n*, cum apta vocali, si res exigat, ut dicetur pag. 163. ut *Házban vóltam*, Fui super tecto. *A' mezőn vóltam*, Fui in agro; quasi super agro. Si verò nomina locum significantia terminentur consonante, habebunt affixa *on*, vel *en*, ut *A' kőfalán*, seu super muro.

*Motus*

*Motus de loco.*

**S**I interrogatio fiat per Adverbium *Honnét*, unde? & responsio per nomina propria urbium, oppidorum, pagorum, ijs nominibus, quibus paragrapho superiore usus es cum affixo *ban*, vel *ben*, hic uteris cum affixo *ból*, vel *ből*, ut *Honnét jősz?* *Rómából*, *Bécsből*, unde venis? *Rómá*, *Vieñá*. at quibus ibi usus es cum affixo *on*, vel *en*, aut *z*, hic ijs uteris cum affixo *ról*, vel *ről*. ut *Honnét jősz?* *Nitraról*, *Győrről*, *Galgocsról*. unde venis? *Nitriá*, *Jaurino*, *Galgoczio*, *Ungvarról*, *Ungvarino*.

Nominibus Regionum, Provinciarum, & Insularum uteris cum affixo *ból*, vel *ből*, ut *Magyarországból*, *Németországból*, *Erdélyből*.

Nominibus communibus locorum, si significetur motus ex loco, uteris cum affixo *ból*, vel *ből*; ut *A' házból*, *kamarából*, ex domo, camera; si verò significetur motus de loco, quasi de super loco, addes affixa *ról*, & *ről*, & *honnét jősz?* *a' toronyról*, *mezőről*, unde venis de turri, de agro.

*Motus ad locum.*

**S**I interrogatio fiat per *Hova*, Quo? responsio per nomina propria urbium, oppidorum, pagorum, in ijs nominibus, quæ superius habebant *ban*, vel *ben* affixa, erit cum affixo *ba*, vel *be*, omittâ scilicet literâ *n*, ut quo vadis







Si ergo interrogatio fiat per Adverbium *Meddig*, quousque, quamdiu, nomen temporis ponitur cum affixo *ig*, quod Latine significat usque ad, ut *A' ke méhemben kilencz holnapig* hodie salak, Quæ te in utero novem Mensibus portavi. 2. Mach. 7. v. 27. Hæc tamen *Esztendő*, idè, mutant *è*, in *e*: 'Es tejet három esztendeig adtam, & lac triennio dedi, Ibid.

His quoque Adverbij *Ma* hodie, *holnap* cras, *tegnap* heri, *holnap utan*, post cras, *tegnap elst*, nudius tertius; idem affixum additur, ut *Ma-ig*, usque ad hodiernam diem, *holnapig*, usque ad crastinum, at nomen *éj* nox, duo recipit primum *jel*, quasi *vel*, ut *éjjel*, alterum *ig*, ut *ejjel-ig*, usque ad noctem: aliquando omittitur alterum: ut *Bőitdt negyven nap, és negyven éjjel*; Jejunavit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

Quædam subinde assumunt paragoricam syl- labam *lan*, ut *Ez mái napiglan*, usque ad hodiernam diem.

Arti interrogatio fiat per Adverbium *Mikor* quando, non uno modo fit responsio: nam hæc nomina *idè* tempus, *esztendő* annus, *holnap* mensis, *óra* hora, *szempillantás* momentum, *Kántor* quatuor tempora, Nomina mensium ut *Boldogaszszony hava* Januarius, *Bőjt eld hava* Februari- us, *Bőjt más hava* Martius &c. assumunt affixum *ban*, aut *ben*, ut *Ez idèben*, hoc tempore

*más esztendőben*, alio anno; *harmadik holnapban*, tertio Mense; *ez órában*, hæc horâ &c. Hæc duo nomina partium anni, *tél* hyems, *nyár* æstas, modò assumunt *ban*, aut *ben*, ut *nyárban*, *télben*, & modò *an*, aut *en*, ut *é nyáron* hæc æstate, *az elmúlt télen*, elapsâ hyeme: aliæ duæ partes anni *tavasz* ver, *ősz* autumnus assumunt affixa *val*, *vel*, cum mutatione *v*, in *sz*, ut *tavaszal* in vere, *őszszel* in autumnò.

Adverbia *ma* hodie, *tegnap* heri, *holnap* cras, *tegnap elst* nudius tertius, *holnap után* post cras, absolute ponuntur, ut *holnap meg-lattyaok az Isten dicőségét*, cras videbitis gloriam DEI. Nomen *nap* dies, si illi præponatur articulus *ez*, *az*, aut adjectivum *holnap*, *tegnapi*, &c. assumit affixum *on*, ut *ez napon* hæc die, *tegnapi napon* heri: sic *innep napon* die festo, si præponatur substantivum, ut *Karácson*, *küsvet*, *pünkösöd*, more duorum substantivorum assumit affixum tertie personæ *ja*, ut *Karácson napja*, & tunc ad modernum statum assumit etiam affixum *n*, ut *Karácson napján*.

Nomen *éj* nox, accipit affixum *vel*, cum mutatione *v*, in *i*, ut *éjjel*, de nocte: *reggel* manè, quasi *regvel*, *estve* vesperti, à verbo *esem*, quasi cadente sole. *Virratára* diluculo, ex præterito *viratt*, & affixis *a*, & *ra*, ut *holnap virratára* cras diluculo.

Nomina feriarum, ut *Hétfő* Dies lunæ, *kedd*, dies







garicè effertur verbo *örök*; & hoc regit Accusativum casum, ut *A föld, mellyet kersz, nig száz ezüst siklust ér.* Gen. 23. 15.

*De Constructione participiorum, & verborum paucorum, quæ infinitivum petunt.*

**P**articipia eisdem casus petunt post se, quod verba eorum, ut *örök levelet*, Scribo literas, *írván levelet*, scribens literas &c.

Participia præsentis temporis quæ in *o*, vel *i* desinunt, si in nomina transeunt, more eorum construuntur, ut *Isten igéjének halgatója*, Auditor verbi Divini. *Istennék szerezője*, Amator DEI.

Quædam verba finiti modi, ut sunt *kezdek*, vel *kezdem* incipio, *szoktam* solitus sum, (nam hoc in præsentis non faciliè auditur) *akarok* volo, *kivánok* cupio, amant post se verba infiniti modi etiã sine affixis personalib<sup>us</sup>, ut *kezdek járni*, incipio ambulare, *akarok írni*, volo scribere. Vide an sint imitandi, qui dicunt v. g. *akartam mondanom*, volui dicere. secus est de verbo *kell*, pro debeo, de quo vide pag. 100. & 130.

*De quibusdam adjectivis, quæ certos casus regunt.*

**A**djectiva, quæ ad laudem referuntur, item adjectiva copix petunt casum cum affixis *val*, aut *vel*, cum mutatione li-

teræ *v*, qui casus respondet Latino Ablativo, ut *Tekéntetes bölcsősséggel*, Spectabilis sapientiã. *Ueli bíróval*, plenus anxietate. Sed ea, quæ ad laudem spectant elegantius effertur cum terminatione nominum in *ú*, vel *ü*, ut *Ekes abrázárú*, Elegantis faciei; *Szép elméjü*, Pulchri ingenij.

Adjectiva vituperij: ut *útalatas rút*, & cetera possunt poni cum iisdem particulis *val*, & *vel*, sed etiam cum affixis *tól*, *től*, *túl*, *túl*, à vel aut ab, *miatt*, propter; ut *Rút a fekélyist*, vel *a fekély miatt*, turpis est ob ulcus, sed elegantissimè cum terminatione in *ú*, vel *ü*, ut *útalatas orozájú*, Abominabilis faciei.

Nota circa hæc adjectiva laudis & vitup. quæ Latine includunt expressè verbum *Sum*, quod apud Ungaros illud non exprimitur quàm diu est constructio in tempore præsentis, modi Indicativi, v. g. *Nagy tudományú ember*, Est magnæ scientiæ homo, sic *édes ézzü az Isteni félelem*, dulcis saporis est timor DEI. Sed si ad alia tempora transeat, exprimi debet: ut *Joseph szép orozájú, és tekéntetü vála*, Gen. 39. v. 6. Erat Joseph pulchrâ facie, & decorus aspectu.

Idem est de verbo *Sum*, quando apud Latinos in præsentis tempore habet utrinque Nominativum ad eandem rem pertinentem, ut *A barag, és a kívánság rosz tanácslók*, Ira, & cupiditas sunt mali consiliarij. Salustius.



Nisi prior Nominativus sit pronomen primæ aut secundæ personæ, ut *Te vagy nagy ember*, tu es magnus homo: sic & in priori, *Te szép es kölcsz vagy*, Tu es pulchrorum morum.

Adjectiva privationis, ut *üres* vacuus, *tiszta* pro vacuus, *szabad* liber, *idegen* alienus, habent casum cum affixis, *tól, től, től, től*, correspondentem Ablativo Latino cum præpositione *a* vel *ab*, ut *Szabad a szolgálattól*, liber a servitute: *Idegen a bűntől*, alienus a peccato.

Adjectiva, quæ scientiam, participationem, & ei contrarium significant, ut *Tudós* gnarus, *tudatlan* ignarus, *rész* particeps, *részellen* non particeps: habent casum cum affixis *ban*, vel *ben*, ut *Tudós a dologban*, gnarus rei, *rész a lopásban* particeps furti, sæpe præpositio *ben* inponitur sine nomine, & tunc assumit affixum pronomine tertie personæ, ut *Részem benne*, est particeps ejus.

Adjectivum similitudinis *Hasonló*; petit nomen illud, cui fit assimilatio, cum affixio *hoz*, *l. bez*, ad; ut *Hasonló mélyeknek hozzája az el-rejtett kinczhez*, Simile est regni colorum thesauri abscondito. Matth. 13. at si terminus similitudinis sit Pronomine exprimendus, ut similis mihi, tibi, illi, &c. tunc ipsa præpositio *Hoz*, assumit affixa pronomina personalia, ut *Hasonló hozzám, hozzád*; pro dissimilitudine usus est ejusdem adjectivi, præposita particulâ *nem*, ut *Nem hasonló hozzám*, Adje-

Adjectiva *alkalmatos* aptus, *alkalmatlan* ineptus, *méltó* dignus, *méltatlan* indignus, elegantius recipiunt casum cum affixis *ra, re, ad*; ut *Alkalmatos, alkalmatlan, a tanulásra*, aptus, ineptus ad studendum, *Méltó a dicséretre*, dignus laude.

*De adjectivis generalium dimensionum.*

Adjectiva generalium dimensionum sunt, *Magas* altus, *mély* profundus, *széles* latus, *hosszú* longus: & nomina particularium sunt *Araz* spatium, *láb* pes, *könyök* cubitus, *ül* orgia &c. Circa hæc quæstio potest poni ijs modis, quibus superius de distantia, v. g. 1. *Hány könyök a köfal hossza?* quot sunt cubiti longitudinis muri? & simili modo respondetur, *száz könyök*. 2. *Hány könyöknyi a köfal hossza.* Respondebis *száz könyöknyi*. Sic, *A barkának hossza száz könyöknyi legyen.* Gen. 6. v. 15. 3. Ut affigatur adhuc *ra*, vel *re*, & tunc addenda erit etiam hæc particula *való*, ut *Hány singyire való gyöcs ez*, quot ulnarum est hæc syndon? Respondebis, *száz singyire*.

*De Comparativorum, & Superlativorum constructione.*

Comparativa petunt casum comparationis cum affixio *nál*, vel *nél*; & respondet Latino Ablativo, ut *Isten magassabb az égénél*.



mel. Job. 11. v. 8. dici etiam potest, *bog* az ég, quàm cœlum.

Superlativa Genitivum Latinum resolvit in præpositionem *között* inter, & ejus calum ut Sol est pulcherrimus syderum, *A' nap leg-szebbike az ég között*. Sæpe superlativus assumit Paragogē ik, ut *A' szép virágoknak leg-szebbike az a sa*, pulchrorum florum pulcherrima est rosa.

\*\*\*\*\*

## CAPUT V.

## DE PRÆPOSITIONIBUS

**N**otitia Præpositionum est compendium totius Syntaxis, quoad Verborum constructionem. Nam præter verba, quæ Accusativum & Dativum regunt, omnes alia verborum constructiones solo annexæ præpositionis adminiculo fiunt: sunt autem duplices separatae, & conjunctæ, & nominibus postponuntur, unde rectius dicerentur postpositiones.

Separatim Nominibus, Pronominibus, & Participiis postponuntur. *Alat*, *alatt*, sub, intra, *által* per, *ellen* contra, *elő*, *előtt* ante, coram: *föl* de, *felet*, *fölött* supra; *gyanánt* secundum, juxta: *innen* cis, *kívül* extra, præter: *körül*, *körül* circum, circa; *közél* prope, *között*, *között*

*között*, inter; *mellé* penes, *meszszé* procul, *miatt*, miatt propter; *néki* sine, *szerént* secundum, *után* post. Conjunctim, aut saltem median- te transversâ virgulâ *bá*, vel *be* in, cum verbis motûs; *ban*, vel *ben*, cum verbis quietis; *ból*, *ből*, *ből* ex, *érti* pro, propter; *hoz*, *bez* ad; *ig* usq; ad, *kör* circiter, circa; *ként*, *kint*, secundum; *nál*, *nál* apud; *n, en, on*, Latinè in, super; *ra*, *re*, ad; *ról*, *ról*, *ról*, *ról* de, ex: *tól*, *tól*, *túl*, *túl*, à, vel ab; *vál*, vel cum: *vá*, *ve*, in conversivum. sed horum *v*, migrat in consonantes similes antecedentibus, vide pag. 135.

Ex Latinis præpositionibus advertes, in quæ casum Latinè resolvī debeant præpositiones Ungaricæ.

Sequentes tamen *innét*, *túl*, *belül*, *kívül*, *alól*, *felől*, subinde nominis præcedentis aliquâ mutationem petunt, nimirum ut terminetur in *n*, aut *en*, *on*; ut *Dunán innét*, *dunán túl*, cis, & trans Danubium, & tunc ponuntur separatim.

*Meszsze* procul, & *közél* prope, nominibus præponuntur, & *meszsze* petit Ablativum cum præpositione *tól*, *tól*, à vel ab: ut *Nem meszsze esik az alma fájáról*, Non procul à proprio stipite poma cadunt. *Közél* verò cum affixo *hoz*, *bez*, ut *Közél vagyok az úr mindenekehez*, *Kik ötet segitségül hívák*, Prope est Dominus omnibus. Psal. 144. v. 18.



Quædam aliæ etiam Præpositiones præponuntur, sed solum verbis in compositione. sunt *El, fel, le, be, ki, meg,* at *kivül, belül, elöl, túl, környül,* potius Adverbia sunt, de quibus vide pag. 75.

Quomodo Præpositiones Ungaricæ recipiunt Pronominalia affixa vide pag. 69.

— — — — — (o) — — — — —

## CAPUT VI.

DE ADVERBIORUM  
Interjectionum, & Conjunctionum Constructione.

**D**E his orationis partibus quo ad Syntaxim vix est aliquid dicendum, cum propter has nulla fiat variatio, sive in Nominibus, sive in Verbis; non videtur tamen esse omittendum, quomodo Adverbia formari possunt ex alijs partibus orationis, maxime ex nominibus adjectione affixi *ül,* vel *ül,* ut *Dobro akül* Latine, *batul* à tergo: sic & alia juxta classem vocalium, *Magyarül* Ungaricè, *emberül* humanè.

Item adjectione affixi *an, on,* ut *hasznossan,* vel *hasznosan.*

Item *ex,* ut *Szerencsésen,* Et ex Præpositionibus cum affixis *öl, öl, ül, ül:* ut *Alól* internè,

*elöl* ante: *felül,* vel *fölül* superne: *altal,* à recta, est à Præpositione *által.* affixo tertiæ personæ *lya, általlya,* & Præpositione *ban, alál,* à *ban.*

## P R A X I S.

**S**I dicta ad praxim reducere cupis, & facere constructionem aliquam, vel periodum, accipe primò quodcunque verbum cum suo Nominativo, quem habet ante se, & Accusativo, quem habet post se, v. g. Miles portat gladium; quia Ungari plerumque appellativis à consonante incipientibus præponunt vocalem *a,* & à vocalibus articulum *az,* (literæ *b,* alij præponunt *a'* alij *az,* aurium judicium adhibeto) dices, *A' vitéz hordoz kardot:* si vis dilatare constructionem, potes nomini *vitéz* addere adjectivum, ut Bonus miles portat gladium, *A' jó vitéz hordoz kardot,* adjectiva enim nullam mutationem subeunt, vide p. 37.

Vis addere substantivo Miles *vitéz,* aliud substantivum rei diversæ, ut Bonus miles Cæsaris, Genitivum Cæsaris reddes Ungarico Dativo, & nomini *vitéz* addes affixum pronominali *e,* juxta regulam datam pag. 136. & dices: *A' Császárnak jó vitéze kardot hordoz,* vis addere casum aliquem cum Præpositione, v. g. in latere, nomini *oldal* latus, affiges *án,* juxta regulam datam pag. 163. & dices: Cæsaris bonus miles



miles portat in latere gladium : vis aliquo Ad-  
verbio augere constructionem, v. g. Cæsaris  
bonus miles semper portat in latere gladium,  
similiter tantum interponas Adverbiū *mindenkor*,  
adde Præpositionem cum suo casu, in latere  
ut : *A' Császarnak jó vitéze mindenkor kardot*  
*bordoz az oldalán.* Vis transire ad construc-  
tionem aliam ope alicujus particulæ conjunctivæ,  
v. g. ut sit securus ; Hic te præmonitum volo.

Ut scias in quo modo, aut tempore debeas  
ponere verbum adnectendæ constructionis, de-  
bes attendere ad tempus prioris constructionis.  
• Nam post præsens Indicativi sequitur præ-  
sens Conjunctivi, ut *Kérlek hogy halgass*, Rogo  
te ut taceas. Post perfectum & imperfectum  
Indicativi sequitur ferè semper imperfectum  
Conjunctivi, ut *Rogavi te ut taceres*, *Kértelek*  
*hogy halgattál.*

Post Plusquamperfectum Indicativi, plus-  
quamperfectum Conjunctivi, ut *Rogavissém*  
*te, ut ad me venisses*, *Kértelek volna, hogy hoz-*  
*záni jöttél volna.*

Post Futurum Indicativi pones Futurum  
Optativi, quod est voce simile præsentis Con-  
junctivi, ut *Kérni foglak, hogy jöj hozzám*, Ro-  
gabo te ut venias. dico Futurum Optativi,  
nam importatur tempus Futurum, ergo non  
debet poni præsens Conjunctivi, sed nec Fu-  
turum Conjunctivi : in præsentis ergo construc-  
tione,

ctione, Cæsaris bonus miles semper gladium  
portat in latere, ut securus sit, dices : *A' Csá-*  
*szárnak jó vitéze mindenkor kardot bordoz az olda-*  
*lán, hogy bátor ságos legyen.* *legyen* est Præsens Con-  
junctivi, quia portat etiam est præsens Indica-  
tivi, & interjectis beneficio præpositionum ali-  
js casibus, *hogy mind otthon, mind pedig a me-*  
*zőn bátor ságos legyen*, ut Tam do-  
mi, quam in campo sit  
securus.

O. A. M. D. G.



MEN



## M E N D A T Y P I

Sic emenda.

**P**ag. 2. 10. 18. ponitur  $\S$  Boëmicus defec-  
typi.

Pag. 3.  $\S$ . 5. parte 3. lege pag. 49.

Pag. 3.  $\S$ . 14. *röytem*, leg. *velröyüm*.

Pag. 20.  $\S$ . 24. *tereh*, habet Dictionarium  
Val. Léppes, sed nunc usitatus est *terb*.

Pag. 26.  $\S$ . 19. *jo keresd* leg. *jó keresd*.

Pag. 30.  $\S$ . 10. *Jánoska*, leg. *Jánoska*.

Ibid.  $\S$ . 15. *ratacka*, leg. *rátačka*.

Pag. 36.  $\S$ . 17. *Celer is*, e, habet Alvar. ex Va-  
rone, sed nunc *celer* usitatus est in gen. om.

Pag. 42.  $\S$ . 2. *dnček*, leg. *dněčik*.

Pag. 46.  $\S$ . 7. *dué*, leg. *duje*.

Pag. 51.  $\S$ . 23. *To*, lege *Tó*.

Pag. 57.  $\S$ . 1. *ráfély*, lege *roffély*.

Pag. 61.  $\S$ . 4. *böitek*, leg. *böüörök*.

Pag. 65.  $\S$ . 15. *esköz*, leg. *eszköz*.

Pag. 67.  $\S$ . ult. *rabia*, leg. *rabui*.

Pag. 81.  $\S$ . 1. *Conjunctionis*, leg. *Conjugationis*.

Pag. 87.  $\S$ . ult. *sedý*, leg. *szedgy*.

Pag. 88.  $\S$ . 19. *mercor*, leg. *mereor*.

Pag. 89.  $\S$ . 22. *primorum*, leg. *primarum*.

Pag. 97.  $\S$ . ult. *szereték*, adde vel *szeretők*.

Pag. 104. Feneitel. penult. *andod*, leg. *andol*.

Pag. 105. p. 87. not. 2. leg. pag. 112.  $\S$ . 19.

Pag. 125.  $\S$ . 9. *nyugovék*, leg. *nyugovám*.

Pag. 124.  $\S$ . 26. *lön* tertia pers. in usu est, alij *lön*.

Pag. 143.  $\S$ . 9. *ölöm*, leg. ab *ölüm*.

## SUPPLEMENTUM.

Cum Adverbia, Interjectiones, & Conjunctiones  
specialem difficultatem non habent, utpote quorum  
notinam Dictionaria suppeditare possunt, intermissa  
sunt; jam verò visum est expedire, ut horum supple-  
mentum in promptu habeatur, quæ hic collecta exhibe-  
mur ad magnam addiscenda lingua Ungarica facilitatē.  
Accessit etiam perutili, imò necessaria accentuum,  
quæ in Ungarica lingua frequentes sunt, plena omnino  
doctrina. Item instructio de articulo *a*, vel *az*,  
quandonam poni debeat. Denique regula syllabizandi  
verbes Ungaricas.

## ADVERBIA.

Adverbiorum sunt variz significationes, nimirum  
Interrogandi & Respondendi: in exemplū lita-  
n J, significat interrogativa; littera R2 verò respon-  
siva Adverbia, ut:

J. Miért? quare? miokaért? quomobrem.

R2. Azért, idē: annak okaért, eam ob causā  
am: ennek okaért, hanc ob rem.

J. Hogyhogy? miképpen? quomodo?

R2. Így, sic: úgy, ita: amugy, illo modo:  
migy, isto modo.

J. Nemé? nemdē nemé? nonne? Ugyé? itane?

Loci: & primò quidem Adverbia in loco

J. Hol?



140 J. Hol? holot? ubi? R. Itt, itten, hie: imitt, *isthic*: ott, amott, *illic*: ugyan ott, *ibidem*: ben, *intus*: itben, *hic intus*: otben, *ibi intus*: kün, *foris*, *itkün*, *hic foris*, *otkün*, *ibi foris*: fen, *tön*, *superius*: alatt, *inferius*: hon, *othon*, *domi*: mindenütt, *ubiq;*: valahol, *alicubi*: akárhol, *ubicunq;*: mást, *alibi*: mind a két helyen, *utrobq;*: sohut, *nullibi*: közöl, *prope*: melízze, *longe*.

Secundò *Adverbia ex loco*. J. Honnét, *unde*: R. Innét, innen, *hinc*: iminnét, *iminnen*, *isthinc*: onnét, onnan, *amonnét*, *amonnán*, *inde*: ugyan onnét, *indidem*: bellyül, *ab intro*: kívül, *afors*: fellyül, *desuper*: alól, *ab infra*: házúl, *à domo*: mindenünnen, *undig;*: akár honnét, *undecunq;*: valahonnét, *alicunde*: közélről, *cominus*: mesztől, *tavolról*, *eminus*.

Tertiò, *Adverbia ad locum*, J. Hova? *Quo*: R. Ide, *huc*: imide, *isthuc*: oda, *amoda*, *illuc*: ugyan oda, *eodem*: bé, *intro*: ki, *foras*: fel, *sursum*: ala, *deorsum*: háza, *domum*: akárhová, *quocunq;*: valahová, *aliquo*: másvá, *alio*: közöl, *prope*, *melízze*, *longe*: tova, *procul*, *sohova*, *quam*: hát megé, *retrorsum*: mesztől, *remotius*: idegen földre, *peregre*.

Quartò, *per locum*. J. Merre, *quà*? R. Erre, *hác*: amarra, *amazon*, *illác*: valamerre, *quà*: akár merre, *quacunq;*.

Quintò, *Adverbia locum versus*. J. mely felé, *quorsum*, R. Erre felé, *horsum*: arra felé, *amarsum*, *felé*.

*felé*, *corsum*: más felé, *aliorsum*: alá felé, *deorsum*: el felé, *sursum*: job kez felé, *dextrorsum*: bal kez felé, *sinistrorsum*: igyenestem, *prorsum*: bé felé, *inrorsum*: ki felé, *extorsum*: akar mely felé, *quoquo versum*.

Temporis. J. Mikor, *Quando*? R. Ma, *hodie*. moit, *nunc*: tegnap, *heri*, tegnap előtt, *ante*, *audius tertius*: ez előtt, *ante hac*: azelőtt, *antea*: előb, *prius*: aminap, *nuper*: eleinten, *primitus*: régen, *olim*: maid, *statim*: olztán, *postea*: azután, *deinde*: ezután, *posthac*: holnap, *cras*. holnap után, *postcras*: ezentől, *mox*: reggel, *mane*: este, *vesperi*: délbe, *in meridie*: éjfel, *estiva*, *nocturn*: éjfelkor, *éjfelkor*, *mediâ nocte*: akkor, *tunc*: néha, *aliquando*: néha néha, *interdum*: későn, *rare*: idején, *temporibus*: jökor, *in tempore*: egykor, *semel*: azomban, *interim*: azonközben, *interea*.

J. Meddig? *quam diu*? R. sokáig: *diu*: valamig, *donec*: J. Meddig, *quam procul*, R. Edig, *hucusq;*, *addig*, *enq;*. J. Mi óta, *vel miulta*, *ex quo tempore*? R. Azóta, *ex eo tempore*; *regolta*, *à longo tempore*.

Numeri, J. Hányszor? *quoties*? R. Egyszer, *semel*: kétszer, *bi*, &c. gyakran, *saepè*; ritkán, *raro*.

Affirmandi: J. Igen, *ita*: ugyanis, *igenis*, *omniò*, *bizonny*, *bizonnyára*, *bizonnyal*, *valószaggal*, *procerto*.

Negandi: Nem, *non*: soha, *sohasem*, *numquam*.



142  
quam: semmiképpen nem, nullo modo: & nota  
pud Ungaros duplicem negationem magis negare,  
Nem tudok semmit, nihil scio.

Dubitandi: Talám, forte: ne talám, ne forte

Hortandi: Nò, noészta, ageam; hozzá, agam

Prohibendi: Nè, ne.

Demonstrandi; Jhon, imè, ecce.

Comparandi: jobban, meliús: erősebben  
fortius: hac possunt fieri ab omnibus adjectivis, com-  
parativi gradus, addito an, vel en. Nonnulla etiam  
Adverbia ex Propositionibus facta comparari possunt  
ut Mészze, procul, mészzeb, ulterius: köze-  
prope, közelebb, propiús; Qua tamen Comparati-  
onem terminationem servant.

Congregandi. Eggyüt, egybe, egyeten-  
ben, simul, egyenlő képpen, pariter: elegyes-  
leg, mixtim, öszveséggel, conjunctim.

Separandi; ut külöön, seorsim: elválva, sepa-  
ratim: elosztva, divisim: egyenként, singillatim  
Ejenként, virrim: egyedül, solitariè.

Intendendi; ut Szorgalmasan, diligenter.

Remittendi: ut Resten, segniter.

Ordinis: ut Elsőben, primo: azután, deinde  
végte, végezetre, postremo: Item: Először  
primo; másodszor, secundo: harmadszor, tertio.

Eventus: ut Talám, forte: véletlen, inopinatim.

Similitudinis: ut Miképpen, sicut: azonké-  
pen, sic: a' mint, sicut: úgy, ita: hasonlóké-  
pen, similiter.

Dissimilitudinis, ut Másképpen, másként  
aliter: különben, secus:

Qualitatis; ut Okossan, Prudenter: tudósan,  
gritè: ékelesen, eleganter.

Hac possunt formari ex plerisque adjectivis, & non-  
nullis substantivis vide pag. 164. Item ex Participiis  
in Van, ami vén desinentibus, demptā literā n, ut  
Tudva ctelekedtem, scienter fesi: telve szöllok,  
sumide loquor.

Quantitatis, Hac Ungari fere Nominibus expri-  
ment: ut Quantum pecunia babes, mennyi pénz-  
vagyon? mul'um, sok: parum, kevés; Quan-  
tum ponderat? mennyit nyom? keveset, parum:  
menyit elt? quantum vixit? negyven esztendő-  
t, quadraginta annos: mennyivel jobb, annyival drá-  
gáb, Quanto melior, tanto pretiosior.

Tudni illik, seu tudn' illik, scilicet, Declarandi  
seu explicandi significationem habet.

Mészze, aliquando est Adverbium, ut Mészze  
hallik. procul auditur: aliquando Propositione, ut  
Mészze tőlem, procul à me: aliquando adjectivum  
ponitur, ut Mészze út, longa via.

Nota aliqua Adverbia Ungaros melius exprime-  
re alijs partibus orationis, ut in nonnullis exemplis al-  
latis apparet: tale etiam est Edest aluszik, suavis  
dormis:

Item quadam nomina elegantius offerri adverbiali-  
ter, ut penzül fizetek, pecuniā sortis: vakon szü-  
letem, caecus natus est.

Sic maxime effertur Latinus ablativus cum propo-  
sitione cum, qua Comes dicitur. ut abijt cum equo:  
element lovastól. & sic ijs Ablativus eleganter ad-  
vers



verbiatur per terminationes töl, töl, töl: & formatio  
 sic: substantivo Nomini Ungarico cuilibet fac termina-  
 tionem adjectivam in as, vel os, os, juxta dis-  
 pag. 26. & adde terminationem Adverbialem töl  
 vel töl, töl: sic ex ló, equus, fac lovas, huic ad-  
 terminationem töl, fit lovastöl: jam hunc ablative  
 cum equo, in hac constructione, submersus est uni-  
 cum equo, efferes eleganter Adverbialiter sic: a-  
 merült mind lovastöl. Sic element mind fegy-  
 vereftöl, abiit una cum armis.

## INTERIECTIONS.

Interjectionum communiores significationes sunt:  
 Laudantis cum admiratione, ut Ha ha!  
 Dolentis & ingemiscantis, ut jaj, vax: jaj nékem  
 Suspirantis, ut Ah, ah! hej!  
 Admirantis aliquid præclarum; Bezzeg.  
 Admirantis aliquid præsumptum, & inexpecta-  
 tum. ut Enye, hiszem, ibon.  
 Admirantis cum irrisione; huj.  
 Irridentis, seu Ironiæ, ut ô, veh, vehsz.  
 Exclamantis, ut ô, oh!  
 Silentium indicentis, ut Cxi, vességj.  
 Timentis, ut hei.  
 Deprehendentis ex improviso: Hât?  
 Prælagientis malum; Nó, ambár.  
 Minantis: Nó, nono, várjefak, hadgyán csak.  
 Indignantis. Aha.  
 Execrantis cum fastidio, Pfi, pfíha.  
 Ridiculis: Ha ha ha.

Appo-

Approbantis, Bátor, ám, ámbár.  
 Insultantis: No néked.

## CONIUNCTIONES.

Copulativæ sunt: és, s', ú, & hæc ultima  
 postponitur. Mind, tam: s-mind pedig, quam verò.  
 Disjunctivæ: Vagy, avagy, vel: akár, sive: sem-  
 se, nec, neq; & solent repeti, maxime ultima, ut  
 se nékem, se néked, nec mihi nec tibi. pedig, verò.  
 Adversativæ: Noha, Etli: mindazon által ni-  
 hilominus.  
 Illativæ: Hát, tehát, ergo: azért, ideo: azo-  
 kaért, annakokaért, eam ob causam. minekoka-  
 ért, quare. hát ugyan, ergone? nemde nem? u-  
 ne? lám, tamen. Eodem sensu post præminatum sit-  
 tum, alterutrum potest dici, illud interrogativè, hos  
 assertivè: ut nemde nem mondottamé, nonne  
 dixi; vel lám mondottam tamen dixi.  
 Causalis est, Mert, quia.  
 Expletiva, & simul subjunctiva est, Ugyan,  
 quidam, quam solet sequi. de, sed, verum:  
 Conditionales sunt: Ha, si: hogy ha, quodsi,  
 hanem ha, nisi.  
 Conjunctio Hogy, Quod, vel ut, quando est  
 cum verbo temporis presentis modi conjunctivi, com-  
 muniter significat. Quod; quando verò est cum verbo  
 finituri Optativi significat ut: Exemplum prioris: Hal-  
 lom hogy szollasz, audio quod loquaris; postero-  
 ris, Parancsolom hogy szolly, mando ut loquaris.  
 Quando verò ponitur cum verbis aliorum tempo-  
 rum,



146  
tum, ad latini sermonis leges spectat, an per quod  
vel ut exponi debeat.

Conjunctio Hogy sem, hogy nem, quam  
ponitur post inkab, potius, Adverbium eligendi: ez  
akarom inkab, hogy sem azt, Hoc volo potius  
quam illud, & post Nomina Comparativa: ut Jo  
ma egy veréb, hogysem holnap egy túzok.

Conjunctio Hanem, sed, ponitur post nem clausula  
non tantum

## REGULÆ ACCENTUUM.

Abundant Ungari Accentibus, pro quibus ha sunt  
Regula, promissa pag. 4.

### ACCENTUS NOMINUM.

1. Nomina monosyllaba accentu notata, quæ  
in Accusativo singulari non crescunt, accen  
tum servant, ut sár, lutum; pénz, pecunia;  
szél, ventus: sárt, pénzt.

2. Quæ Accusativo crescunt, si continent  
aliquam ex his vocalibus a, i, o, u, ô, accen  
tum servant, ut A'es, faber lignarius: hid, pons:  
bóls, fornix, káls, clavis, szóc, pelli, ut G.  
ácsé, D. ácsnak, Acc: ácsot. &c. Excipe desin  
entia in ar, quando crescunt in accusativo as  
sumpto alio a, ut nyár, ætas nyarat, ætatem.

His adde ár: Viz, aqua, quæ accentum in  
Acc. Sing. & toto numero plurali, affixis pro  
nominibus, & præpositionibus, perdunt.

3. Monosyllaba accentu notata, quæ con  
tinent vocalem é, & Accusativo crescunt, ali  
qua,

147  
qua perdunt accentum in Accusativo singula  
ri, & toto numero plurali, & in affixis pron  
ominibus, & in Constructione duorum Nomi  
num substantivorum tertii diversarum, quæ om  
nia ab Accusativo pendent semper, cum quo  
Accentum vel servant, vel perdunt, ut Dél me  
ridies: dér, pruina: égb, cœlum: fél, medietas:  
hét, septimana, vel septem, jég, glacies: kéz,  
manus: légy musca, lev, iusculum: mény, nurus:  
mész, calx: név, nomen: réz, cuprum: szél,  
ventus: szén, pruna: tél, hyems: téy, lac:

Quibus adde hæc anomala, sô, caput: sô,  
herba: hó, nix; ló, equus: ut N. Dél, G. délé,  
D. délnék, A. deles ( nisi malis dicere déls ) Nu  
méro Plurali Delek: cum affixis Pronominibus  
A' mi delünk, nostra merides: & in Construc  
tione duorum substantivorum, ut szerezésének  
dele, fortunæ merides. sic deret, eget &c. fíjet,  
fóvet, hivat, lovat, &c.

Aliqua verò, accentum in Accusativo, & con  
sequenter in prædictis casibus servant, & fere  
sunt sequentia. Bécs, Vienna: czév, situla: éy,  
nox: ék, cuneus: sek, frænum: gém, ardea:  
glér, chrysocolla: kép, imago: kém, explorator:  
lép, splen, & viscus: mib, apes, mész, mel:  
nép, populus: pép, pulpa: rés, ulna: rét, pra  
tum; & plica: szék, sedes: sérd, genu: vég,  
finis: Exemplum, N. Nép, G. népé, D. nép  
nek, A. népet, Pl: Nepek, Populi: cum affixis  
Pronominibus, az en népet, populus meus: in

Con



128  
Constructione duorum substantivorum, *Ma-  
nepe*, populus Dei, &c.

4. Nomina duarum syllabarum, si habent  
accentum in prima syllaba, eum servant: ut  
*lom* somnus. G. *álomé*, D. *áloinnak*, A. *álmó*.

5. Nomina duarum syllabarum si habent ac-  
centum in ultimâ, quamcunq; in illa habeant  
vocale, præter *é*, accentum servant, sive cre-  
cant Accusativo ut *nyaláb*, sulcis, *nyalábot*  
faciem, sive non, ut *halál*, mors, *halált*, mor-  
tem, &c.

Excipe finita in *ar*, quæ Accusativo crescunt  
per *a*, ut *Ájár*, Canis venaticus, *ágarat*, ma-  
dár, avis, *madarat* &c. Quæ accentum in Ac-  
cusativo perdunt, si verò contineant vocalem  
*é* accentu notatam, & in Accusativo crescunt  
accentum in eo casu, & reliquis ab eo penden-  
tibus perdunt, ut *Cserép*, testa: G. *Cserépe*, D.  
*Cserépnék*, Acc. *Cserépet*. in Plur. Num. *Cseré-  
pek*. Cum affixis *cserépetem*, mea testa; in Con-  
structione duorum substantivorum, *sazék cseré-  
pe*, ollæ testa. Quæ verò in Accusativo non  
crescunt, accentum servant ubiq; ut *Tányért*  
orbis, *tányéré*, *tányérnak*, *tányért*.

6. Nomina duas syllabas superantia servant  
suum accentum ubiq; ut *Ajandék*, donum  
*ajandékot*, &c.

### ACCENTUS ACCESSORIUS.

Quidam accentus nominibus in obliquis, & verbis  
inter conjugandum accedunt, pro quibus Regula sege-  
ret.

1. Omnia Nomina in *a*, vel *e* desinentia ac-  
cipiunt accentum super has literas in obliquis  
casibus, & in affixis, & in constructione duo-  
rum substantivorum, sive in Regimine. ut *Ká-  
rona*, miles. G. *Katonáé*, D. *Katonának*, Acc.  
*Katonát*. Num. Pl. *Katonák*, cum affixis, *Áz  
én katonám*, meus miles, in Regimine, *Palatinnak  
Katonája*: per affixa intellige etiam Præpositio-  
nes conjunctas, ut *Katonáért*, pro milite.

2. Genitivos formativa littera *é*, acuitur:  
propter quod accentus immediatè præcedens  
plerumq; scripto non exprimitur, bene autem  
pronuntiatione, ut *Katona*. G. *Katonáé*.

3. Accentus Præpositionum tam Conjuncta-  
rum, quam separatarum, & aliarum partium  
indeclinabilium servatur, ut *Pál-nál*, apud Pau-  
lum. *Pal által*, per Paulum.

### ACCENTUS PRONOMINUM.

Hi habentur in ipsis Pronominum declinationibus a  
pag. 40. In accessorijis imitantur Nomina.

### ACCENTUS VERBORUM.

Verba quos accentus habent in themate,  
eisdem inter conjugandum servant: pro illis  
qui in conjugando accedunt, observa singula-  
rum conjugationum accentus accessorios pag.  
78. 79. 94. 95. 104. 105. & sint tibi illa ta-  
bellæ pro regula. Idem intellige de Participijis,  
quæ in declinando quoad accentus accessorios  
imitantur Nomina.

DE AR.



180 DE ARTICULO A, VEL AZ.  
INSTRUCTIO.

Frequens est hic articulus, & est signum rei determinatae, ut dictum est pag. 93. n. 5.

Quando autem debeat poni, sequentes regula multam dirigunt.

1. Ante Nom. Prop. articuli fere omittuntur, Latine Petere, viditne Petrum? Sed si cum aliqua emphasi proferantur, articulum admittunt.

2. Quando demonstratur aliquid emphaticè: ut Ez a' Prpheta, hic est Propheta.

3. Quando apud Latinos verbum est, inter duos nominativos ad eandem rem pertinentes, in tempore praesenti est positum, tum apud Ungaros verbum non exprimitur, sed articulus a, vel az expressè ponitur, & subit vices occultati verbi, ut Isten a' Bró, Deus est Iudex.

4. Quando substantiva nomina determinatè accipiuntur: adverte, si in tuo sensu potes substantivo illi demonstrativa Pronomina praefertim Hic, ille, illo, addere. ut si petas calamum, & intelligas hunc vel illum certum: sic addide a' pennát, da huc illum calamum: si vero substantivum sic accipis ut possis illi addere particulas unus, aliquis &c. indeterminatè significantes, non praefiges articulum. ut si petas calamum, & es contentus quocumq; portecto, dices tantum, Adgy pennát, da calamum, intelligis enim sic: da unum, vel aliquem calamum.

5. In Proverbis fere omittuntur articuli, ut

181 Kárm kereffz esomé, In seipso nodum.

6. Vocativis non praeposuntur articuli.

7. Participijs adj. ctivè positis plerumq; elegantè praeposuitur articulus: ut a meg lótt esónék nem kell kópnýd. A' kóvetkezendó eszenadban, anno sequente.

8. Pronominibus én, te, ő, mi, ti, ők, quando ponuntur ante substantiva habentia affixa possessiva, praeposuitur articulus, ut Az én könyvem, meus liber. &c.

9. Pronominibus Possessivis Enyim, tied, öd, praeposuitur articulus tunc, quando eorum substantiva praecesserunt, ut Szébb az én könyvem a' tiednél. v. p. 45.

10. Praeposuitur articulus etiam Nonnullis Adverbis, quando emphaticè adhibentur, ut Elmegyek a' hová két szemetem víszem. a' merre akarsz, arra megy. &c.

11. Praeposuitur etiam alijs partibus orationis materialiter sumptis, seu per modum Nominis, ut Nem tetezik nekem a' nincsen.

REGULÆ SYLLABIZANDI.

1. Una consonans inter duas vocales, aut diphthongos ő, ú, posita adhæret vocali sequenti, & nota quod sequentes conjuncta ch, es, cz, lz, ts, gy, ly, ny, ty, habeantur pro una consonante, ut A-pa, a-nya, gyú-ró. Vide pag. 2. 3.

2. Si eadē consonans duplicetur inter duas vocales, aut dictas diphthongos, prior ad pra-

ce-



cedentem vocalem , posterior ad sequentem spectat , ut *An-na*

3. Si duæ consonantes diversæ , à quibus potest aliqua vox incipere, ponantur inter duas vocales , spectant ad sequentem vocalem : tales sunt num. 1. *enumerata*, ut *Csa-szar*, &c. aliz paucæ sunt consonantes, ut a binis incipiat vox Ungarica, nisi hæ : *Trombita*, tuba : *ptácsók*, grillus : *strucz* madár , struthius. Peregrinis autem præponunt, aut interponunt aliquam vocalem, ut *Iskola*, Scho'la, *Kalastrom* Claustrum.

4. Aliæ consonantes diversæ juxta se positæ inter duas vocales, aut dictas diphthongos, separantur sic : *ar-pa* ; hordeum : *ör-zó*, custos.

5. Diphthogi ay, ey, oy, ôy, in fine vocis, accedente vocali in casibus, aut affixis, dissolvuntur, & y adheret sequenti vocali. ut *bay*, capillus, est monosyllabum, *ba-yam*, capillus meus.

6. Quando sunt duæ vocales simul in medio vocis, quæ non faciunt diphthongum, prior spectat ad præcedentem, posterior ad sequentem consonantem, ut *Bi-al*, bubalus : *bü-ar*, mergus. Si autem quantitatis gratiâ eadem vocalis geminetur, ut *Aæs*, *eek*, coalescunt in unam, ut *aa-esot*. Sed communior usus est scribere unam vocalem cum accentu, sic *æs*, *ék*.

7. Quando vacalis est in ultima syllaba, trahit ad se præcedentem consonantem, ut *ga-lumb*, columba.

columba, *ga lam-bot*, columbam, *gyngy*, unio, *gyón-yydi*, hærez, pugna, *har-czot*; nam gy, habentur pro una, ut dictum est num. 1.

8. Quando una consonans est in fine vocis, hanc ad se rapit accedens vocalis, ut, *ág*, ramus, *á gon*, in ramo : *szék*, sedes, *szék-et*, f. d. : *ha-rag*, ira, *bi-ra-got*, iram : Quando verb duæ consonantes sunt in fine vocis, una saltem accedit vocali supervenienti, ut *harang*, campana, *ba-ram-got*.

9. Quando una vocalis est in fine vocis, tenet se semper cum præcedente consonante, & ad se rapit consonantes accedentes. ut *A-tya*, *a-tyam*.

10. In vocibus compositis partes compositæ simul se tenent, ut *bor-ért*, pro vino. *vidd-el*, aufer : *mind halál-ig*, usq; ad mortem, *A-nya-szent-egy-ház* Ecclesia : Excipe partes compositi incompletas hæc *en*, *on*, *ön*, æquivalentes latinæ præpositioni *in*, quæ trahunt ad se præcedentem consonantem *n*, ut *az a-gon*, in ramo. *n*, autem ejusdem significationis, affixu vocibus in vocalem desinentibus, adhæret vocali præcedenti, ut *ká-ka*, scirpus, *ká-kán*, in scirpo.

11. I, & U, Sequenti vocali, si cum ea in unam syllabam coalescunt, fiunt consonantes ut *józan*, sobrius : *Vitéz*, miles. & hæc etiâ

A. M. D. G.



AD.



## A D M O N I T I O.

Qui vult faciliori viâ Ungaricam linguam addiscere, notatâ distinctione vacalium in duas classes ex pag. 3. legat per compendium exemplâ declinandi Nomina pag. 11. 12. 15. 22. (ubi loco exempli *Isen*, accipiat v: g. *ég*, *cœlum*, propter Accusativum, *Isen* enim in Accusativo non assumit vocalem ante literam *s*) 23. Comparandi pag. 34. 35. Declinandi substantivum cum Adjectivo. pag. 37. Pronomina, pag. 40. &c.

Possessiva substantivis affigendi, p. 58. 60. 66. 67.

Conjugandi Verba indeterminata, pag. 78. 79. 80. 81.

Determinata, pag. 94. 95. 96. 97.

Passiva, p. 104. 105. 106. 107.

Anomala, 122. 123.

Reliqua factus jam peritior, pro majori perfectione per otium ruminet, & experietur opinione citiùs se rem esse consecutum.

Corrigendum etiam est, quod priorem correctionem effugerat, pag. 49. v. 14. *készén*, & legendû *készén*. Et pag. 131. v. 7. & 8. habent præteritum, & legendum, habent tertiam personam.





